ENEIDE

DI

P. VIRGILIO MARONE

TRADOTTA IN PROSA

DA

LUIGI VAINI E VINCENZO CASELLI

Con testo, e costruzione a fronte, ed abbondanti note alla fine di ciascun libro.

LIBRO PRIMO




NAPOLI

1820.

Presso Antonio Garruccio.

Con licenza de' Superiori.



A CHI LEGGE

Abbonda l' Italia di versioni poetiche delle opere di Virgilio, ma le traduzioni delle medesime in prosa sono sì poche, e di sì piccol momento, che potrebbe dirsi esserne del tutto sprovvista. L' opera presente è diretta a riempiere un tal voto. Avrà ella conseguito il suo scopo? Siane giudice il pubblico illuminato, e di buon gusto.

Se qualche Aristarco la riprendesse come fautrice della pigrizia giovanile; tanti sono gli uomini grandi di ogni nazione, su cui potrebbe cader l' istessa taccia, per aver tradotto in lingue viventi autori classici dell' antichità, che ormai è glorioso, e non biasimevole il meritarla. Oltre a ciò essendo già cosa dimostrata, che il miglior mezzo a ben intendere i sommi autori, sia l' esatta e minuta analisi, che tutta principalmente scopre la differenza tra le dotte lingue, e le volgari; sembra di aver reso la traduzione presente un vantaggio notabile agli eruditi precettori, ed a' giovani di buona intenzione, se al detto solo oggetto importantissimo vengono da essa ridotte le loro cure e fatiche.

Se due sono gli autori della versione che ora esce alla luce, non si troverà tuttavia in essi differenza sensibile, avendo eglino avuto un' attenzione particolare di accordarsi ad uno stile unisono.

Il principe de' poeti latini parla questa volta per la bocca de' traduttori un tal linguaggio, che, sebbene segua rigorosamente il senso letterale del testo; pure può rendersi oggetto di grato ed utile trattenimento, non solo a chi frequenta le scuole, ma anche ad ogni lettore. Vivi felice.

COMPENDIO DELLA VITA DI VIRGILIO.

Pubblio Virgilio Marone venne alla luce in Andes, oggi Petula, non più di tre miglia discosta da Mantova l'an. 70 av. la venuta di G. C. a' 15 di Ottobre. Il nome della madre di lui fu Maja, il padre chiamossi Marone. Sulla professione di costui, variano gli autori, fra i quali alcuni lo vogliono agricoltore, altri vasajo, altri pastore mercenario. Si applicò agli studii di lingua greca, di Matematica, e di Medicina, parte in Cremona, parte in Milano, parte in Napoli. Dovunque dimerò, diede chiari segni di costume integerrimo. Quindi veniva egli denominato *Parthenias*, ch'è quanto dire Vergine.

Rese tributario tutto il suo vasto sapere alla poesia, verso la quale nutrì sempre la più decisa inclinazione. Si attribuiscono a lui ancor molto giovine varie poetiche composizioni, ma par certo, che allora ne produsse una, il cui titolo è *Culex* ossia la Zanzara.

Giunto Marone intorno all'anno trentesimo dell'età sua, i triumviri romani, fra i quali il più potente era Ottaviano, che poco dopo fu Imperatore, distribuirono a' soldati veterani i poderi intorno ad Andes, e ad altri luoghi vicini, che si erano mostrati opposti al loro partito. In tale occasione perdè il poeta il suo patrimonio, che, se non era pingue, era almeno sufficiente per lui. Ma coll' aureo costume, e coi rari talenti poetici entrato in grazia a Pollione, ed a Mecenate, e venuto in Roma, confidando nella protezione di tali personaggi, fu da loro presentato ad Ottaviano, il cui favore seppe guadagnarsi in guisa, che questi restituir gli fece i beni paterni.

Le opere che portarono all' immortalità Virgilio, sono le Egloghe, in cui di pastori, le Georgiche, in cui di agricoltori, e la Eneide, in cui di Enea, de'suoi viaggi, e delle sue vicende ragionasi. Quest' ultima specialmente lo ha reso celebre in tutt' i tempi, e presso tutte le colte nazioni, e per essa si rese caro oltremodo ad Ottaviano, anche divenuto Augusto, e ad Ottavia sorella

di lui. Quando egli ne lesse il secondo, il quarto, ed il sesto libro innanzi a loro, ne furono rapiti d'ammirazione e giunto all' elogio di Marcello figlio di Ottavia, e nipote di Augusto stesso, il qual giovine egregio era morto non molto prima; il tratto sembrò loro sì interessante, e sì tenero, che amendue sparsero copiose lacrime, ed Ottavia cadde in isvenimento profondo, da cui riavutasi fece dare al poeta per ogni verso di quel passo dieci grandi sesterzi, somma equivalente a 500 de' nostri ducati. Nell' Eneide Virgilio è ammirabile a segno, che v' ha degli autori, che vogliono preferirlo ad Omero.

La salute del cantor di Enea era assai debole, ed andava soggetto a sgorghi di sangue, ed a male di stomaco. Non giunse per tal ragione a vecchiaja, e morì di 51. anno nella città di Brindisi abitata allora da' Calabri. Egli ordinò vicino a morte, che si bruciasse l' Eneide, come quella, che stimava imperfetta, ma ubbidiente al comando dell' Imperadore, che vi si oppose, la lasciò in testamento a Tucca, e a Varo amici suoi, e poeti eccellenti, a condizione che nulla cangiar vi dovessero. Le sue ceneri portate a Napoli, sepolte vennero presso a questa città, e sulla sua tomba furono scritti que' famosi versi, che si vogliono da lui medesimo composti:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope: cecini pascua, rura, duces

DELLA ENEIDE

LIBRO PRIMO

ARGOMENTO.

Il poeta premettendo la proposizione, che spiega il soggetto del poema, fatta la invocazione alla Musa, comincia il racconto dal settimo anno de' viaggi di Enea, allorchè partendo i Trojani dalla Sicilia verso l' Italia, Giunone per mezzo di Eolo eccita una tempesta, sedata poi da Nettuno. Enea con sette navi si ricovera in un porto dell' Africa. Venere prega Giove a favore di Enea, e Giove spedisce Mercurio a Cartagine, onde Enea ed i Trojani vi siano cortesemente accolti; quindi la Dea stessa sotto l' aspetto di cacciatrice, si presenta ad Enea, e il persuade di andare in Cartagine a trovar la regina Didone, e il cinge intorno d' una leggiera nebbia che lo rende invisibile. Giunto Enea in città, osserva dipinti nel tempio i fatti principali della guerra trojana; quindi vede Didone stessa, e finalmente i suoi compagni perduti. Si scopre egli allora improvvisamente, ed è accolto favore-

volmente dalla regina. Enea manda sulle navi il suo figlio Ascanio, in luogo di cui Venere pensa di sostituire Cupido, onde ispirare amore verso di Enea nel cuor di Didone. Intanto recansi tutti a mensa lautamente imbandita nella reggia.

Qui nunc Aeneae Trojani suscitat arma,
Jactaque Lavinis moenia litoribus.
Cedite Romani scriptores, cedite Graii:
Nescio quid majus nascitur Iliade.

Propertius de Virgilio
lib. 2. eleg. ult.

AENEIDOS

LIBER I.

Arma, virumque cano, Trojae qui primus ab oris
Italiam, fato profugus, Lavinaque venit
Litora. Multum ille et terris jactatus et alto,
Vi superûm, saevae memorem Junonis ob iram.
Multa quoque et bello passus, dum conderet urbem,
Inferretque Deos Latio: genus unde Latinum,
Albanique Patres, atque altae moenia Romae.
Musa, mihi causas memora: quo numine laeso,
Quidve dolens regina Deûm, tot volvere casus
Insignem pietate virum, tot adire labores
Impulerit. Tantaene animis coelestibus irae?
Urbs antiqua fuit (Tyrii tenuere coloni.)
Carthago, Italiam contra, Tiberinaque longe

Cano arma, et virum, qui profugus fato, ab oris Trojae primus venit Italiam, et litora Lavina. Multum ille jactatus et terris, et alto, vi superûm, ob iram memorem saevae Junonis. Et multa quoque passus bello, dum conderet urbem, et inferret Deos Latio; unde genus Latinum, et Albani Patres, atque moenia altae Romae. Musa mihi memora causas, quo numine laeso, vel quid dolens regina Deorum impulerit virum insignem pietate volvere tot casus, adire tot labores. An tantae irae animis caelestibus? Carthago fuit urbs antiqua; (coloni Tyrii tenuere) longe contra Italiam, et ostia Tiberina,

DELL' ENEIDE

LIBRO I.

CAnto l'armi, e l'Eroe, che fuggendo da' lidi di Troja per voler del fato, il primo portossi in Italia, e alle spiagge di Lavinio. Molto fu egli agitato in terra, ed in mare dal supremo poter degli Dei, a cagione del tenace sdegno della crudel Giunone, e molto ancora soffrì in guerra, finchè fabbricasse una città, ed introducesse gli Dei nel Lazio; donde presero origine la stirpe de' Latini, i primi cittadini di Alba, e le mura della superba Roma. O musa, rammentami tu le cagioni, per quai numi oltraggiati, o di che *mai* crucciata la regina degli Dei, costrinse un uomo illustre per la pietà a passare per tante vicende, e tollerare tante fatiche? Sdegno sì grave adunque *alberga* in animi celesti? Cartagine fu un'antica città; coloni *partiti* da Tiro la occuparono, collocata ben lungi in faccia all'Ita-

Ostia; dives opum, studiisque asperrima belli:
Quam Juno fertur terris magis omnibus unam
Posthabita coluisse Samo. Hic illius arma,
Hic currus fuit: hoc regnum Dea gentibus esse,
Si qua fata sinant, jam tum tenditque, fovetque,
Progeniem, sed enim Trojano a sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quae verteret arces.
Hinc populum late regem, belloque superbum
Venturum excidio Libyae; sic volvere Parcas.
Id metuens, veterisque memor Saturnia belli,
Prima quod ad Trojam pro caris gesserat Argis;
Nec dum etiam causae irarum, saevique dolores
Exciderant animo. Manet alta mente repostum
Judicium Paridis, spretaeque injuria formae,
Et genus invisum, et rapti Ganymedis honores.

dives opum, et asperrima studiis belli, quam unam Juno fertur coluisse magis omnibus terris, posthabita Samo. Hic arma illius fuerunt, hic currus fuit. Dea jam tum et tendit, et fovet hoc esse regnum gentibus, si qua fata sinant. Sed enim audierat stirpem duci a sanguine Trojano, quae olim verteret arces Tyrias; hinc populum late regem, et superbum bello esse venturum excidio Libyae; Parcas sic volvere. Saturnia metuens id, et memor veteris belli, quod prima fecerat ad Trojam pro caris Argis (nec dum etiam causae irarum, et saevi dolores exciderant animo, manet repostum alta mente judicium Paridis, et injuria formae spretae, et genus invisum, et honores rapti Ganymedis)

lia, ed alla foce del Tevere, fiorente di ricchezze, e ferocissima nell' arte della guerra, nella quale *città* dicesi, che Giunone abitasse più che in ogni altra terra, posponendole Samo. Quì furono le sue armi, quì fu il suo cocchio. La Dea fin d' allora si prefigge, e medita, che sia il regno, *che domini* su de' popoli, se pure i destini lo permettano. Ma aveva udito, una stirpe derivar dal sangue de' Trojani, la quale abbatterebbe un giorno le rocche di Cartagine; che quindi *sorto* un popolo padrone di ampio regno, e formidabile in guerra, si recherebbe allo sterminio dell' Africa; che tal era il decreto delle Parche. Di ciò temendo Giunone, e memore dell' antica guerra, ch' *essa* per la prima fatto aveva contro di Troja pe' diletti greci (non ancora le cagioni dello sdegno, ed il crudele affanno eransi dileguati dal suo animo; le sta profondamente impresso nel cuore il giudizio di Paride, e l' ingiuria della disprezzata bellezza *di lei*, e l' odiosa discendenza *d' Elettra*, e l' onorevol posto di

His accensa super, jactatos aequore toto
Troas, reliquias Danaum, atque immitis Achillei
Arcebat longe Latio; multosque per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum.
Tantae molis erat Romanam condere gentem!
Vix e conspectu Siculae telluris in altum
Vela dabant laeti, et spumas salis aere ruebant;
Cum Juno aeternum servans sub pectore vulnus,
Haec secum; Mene incaepto desistere victam?
Nec posse Italia Teucrorum avertere regem?
Quippe vetor fatis! Pallasne exurere classem
Argivûm, atque ipsos potuit submergere ponto
Unius ob noxam, et furias Ajacis Oilei?
Ipsa, Jovis rapidum jaculata e nubibus ignem,
Disjecitque rates, evertitque aequora ventis:
Illum expirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, scopuloque infixit acuto.
Ast ego, quae Divûm incedo Regina, Jovisque

super accensa his, longe arcebat Latio Troas jactatos aequore toto, reliquias Danaûm, atque immitis Achillei, et acti fatis per multos annos errabant circum omnia maria. Condere gentem Romanam erat tantae molis! Vix e conspectu telluris Siculae laeti in altum dabant vela, et ruebant spumas salis aere; cum Juno servans aeternum vulnus sub pectore, dixit haec secum: An decet me victam desistere incoepto, nec posse avertere regem Teucrorum Italia? Quippe vetor fatis! An Pallas potuit exurere classem Argivorum, atque submergere ipsos ponto ob noxam et furias unius Ajacis Oilei? Ipsa jaculata rapidum ignem Jovis e nubibus et disjecit rates, et evertit aequora ventis. Corripuit fulmine illum expirantem flammas transfixo pectore, et infixit scopulo acuto. Ast ego quae incedo regina divorum, et incedo et soror et conjux Jovis,

Ganimede rapito), altamente infiammata da tali cagioni, per lungo tratto allontanava dal Lazio i Trojani balzati per ogni mare, avanzi de' Greci, e dello spietato Achille, ed *essi* perseguitati da' destini per molti anni andavano errando per tutt'i mari. Il fondare la gente Romana egli era di tanta importanza! Appena dall'aspetto della Sicilia allegri in alto mare scioglievano le vele, e con le prore fendeano le salse onde; quando Giunone conservando eterna la ferita nel petto disse così seco stessa: Forse *conviene*, che io vinta desista dall'impresa, nè possa allontanare dall' Italia il re de' Trojani? Sì certo, ne sono impedita da' destini! Pallade dunque potè bruciare la flotta degli Argivi, e sommergergli in mare per la colpa, e le furie del solo Ajace figlio di Oileo? Ella stessa, lanciato l'impetuoso fulmine di Giove dalle nuvole, e disperse le navi, e sconvolse il mare co' venti: ravvolse in un turbine colui, che spirava fiamme dal seno ferito, e lo confisse ad un acuto scoglio. Ma io che sono regina degli Dei, e mi vanto e sorella, e moglie di Giove,

Et soror, et conjux, una cum gente tot annos
Bella gero: et quisquam numen Junonis adoret
Praeterea, aut supplex aris imponat honorem?
Talia flammato secum Dea corde volutans,
Nimborum in patriam, loca foeta furentibus Austris,
Aeoliam venit. Hic vasto rex Aeolus antro
Luctantes ventos, tempestatesque sonoras
Imperio premit, ac vinclis, et carcere fraenat.
Illi indignantes magnó cum murmure montis
Circum claustra fremunt. Celsa sedet Aeolus arce,
Sceptra tenens, mollitque animos et temperat iras:
Ni faciat, maria, ac terras, coelumque profundum
Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras.
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris,
Hoc metuens: molemque et montes insuper altos
Imposuit, regemque dedit, qui foedere certo
Et premere, et laxas sciret dare jussus habenas.
Ad quem tum Juno supplex his vocibus usa est:

gero bella tot annos cum una gente, et praeterea quisquam adoret numen Junonis, aut supplex imponat honorem aris? Dea volutans talia secum corde flammato, venit in Aeoliam, patriam nimborum, loca foeta furentibus austris. Hic rex Aeolus vasto antro premit imperio luctantes ventos, et tempestates sonoras, ac fraenat vinclis, et carcere. Illi indignantes cum magno murmure montis fremunt circum claustra. Aeolus sedet celsa arce, tenens sceptra, et mollit animos, et temperat iras. Ni faciat, rapidi quippe ferant secum maria, et terras, et coelum profundum, et verrant per auras. Sed pater omnipotens metuens hoc, abdidit speluncis atris, et insuper imposuit molem, et dedit regem, qui jussus sciret et premere, et dare habenas laxas foedere certo. Ad quem tum Juno supplex usa est

fo guerra per tanti anni con un sol popolo? e da qui innanzi adorerà alcuno la divinità di Giunone, o supplice *le* offrirà vittime sopra gli altari? La Dea ravvolgendo seco stessa tali cose nel cuore infiammato, portossi nell' Eolia, patria de' nembi, luogo pregno di furiosi venti. Quì il re Eolo in una vasta spelonca mantiene soggetti alla *sua* autorità i riottosi venti, e le romoreggianti tempeste, e li raffrena con le catene, e col carcere. Quegli adirati, con alto mormorio del monte, fremono intorno ai ritegni. Eolo siede sull'alta rocca impugnando lo scettro, e ne ammollisce gli animi, e ne modera l'ira. Se nol facesse, certamente con violenza trarrebbero seco il mare, la terra, e l'alto cielo, e li dissiperebbero per l'aria. Ma il padre onnipotente, di ciò temendo, li confinò in tenebrose spelonche; loro pose sopra un' immensa mole di montagne, ed assegnò un re, che secondo il ricevutone comando, sapesse e rattenergli, e loro allentar le briglie con legge stabilita. Verso cui allora Giunone sup-

Aeole, namque tibi Divum pater, atque hominum rex
Et mulcere dedit fluctus, et tollere vento:
Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aequor,
Ilium in Italiam portans, victosque Penates.
Incute vim ventis, submersasque obrue puppes,
Aut age diversas, et disjice corpora Ponto.
Sunt mihi bis septem praestanti corpore Nymphae,
Quarum, quae forma pulcherrima, Dejopejam
Connubio jungam stabili, propriamque dicabo:
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat, et pulchra faciat te prole parentem.
Aeolus haec contra: Tuus, o regina, quid optes
Explorare labor, mihi jussa capessere fas est.
Tu mihi quodcumque hoc regni, tu sceptra, Jovemque
Concilias, tu das epulis accumbere Divum,
Nimborumque facis, tempestatumque potentem.
Haec ubi dicta, cavum conversa cuspide, montem
Impulit in latus, ac venti, velut agmine facto,

his vocibus: Aeole (namque pater Divum, et rex hominum dedit tibi et mulcere fluctus, et tollere vento) gens inimica mihi navigat aequor Tyrrhenum, portans Ilium in Italiam, et Penates victos. Incute vim ventis, et obrue puppes submersas, aut age diversas, et disjice corpora ponto. Bis septem Nymphae praestanti corpore sunt mihi, quarum Dejopejam, quae pulcherrima forma, jungam connubio stabili, et dicabo propriam, ut tecum exigat annos omnes pro talibus meritis, et faciat te parentem pulchra prole. Aeolus contra haec: O regina tuus labor explorare quid optas, mihi fas est capessere jussa. Tu mihi concilias quodcumque hoc regni, tu sceptra et Jovem, tu das accumbere epulis divorum, et facis potentem nimborum, et tempestatum. Ubi haec dicta, conversa cuspide, impulit montem in cavum latus, ac venti, velut agmine facto.

plichevole rivolse tali voci: Eolo (perocchè il padre degli Dei, e re degli uomini ti concesse il placare i flutti, e turbarli col vento) una gente mia nemica naviga per lo mar tirreno, recando Troja in Italia, ed i penati vinti. Fa uscire con violenza i venti, e cuopri le poppe sommerse, o spingile in diversi lati, e dispergile pe 'l mare. Ho quattordici ninfe di leggiadro aspetto, delle quali Dejopeja la più eminente in beltà, l'unirò teco con indissolubil nodo, e la farò tua, acciò passi teco tutta la vita per tali tuoi meriti, e ti renda padre di prole gentile. Eolo all'incontro: o regina, tua sia la cura di ponderar ciocchè brami; mio dovere è l'ubbidirti: tu mi rendi meritevole di questo regno, qualunque egli siasi, e dello scettro, e dell'amicizia di Giove, e mi concedi di stare alla mensa degli Dei, e mi fai padrone de' nembi, e delle tempeste. Appena ciò disse, rivolta l'asta, percosse il monte nel concavo fianco, ed i venti, fatta quasi una schiera, si precipitano per

Qua data porta, ruunt, et terras turbine perflant.
Incubuére mari, totumque a sedibus imis
Una Eurusque, Notusque ruunt, creberque procellis
Africus, et vastos volvunt ad sydera fluctus.
Insequitur clamorque virum, stridorque rudentum.
Eripiunt subito nubes coelumque, diemque
Teucrorum ex oculis: ponto nox incubat atra.
Intonuere poli, et crebris micat ignibus aether:
Praesentemque viris intentant omnia mortem.
Extemplo Aeneae solvuntur frigore membra.
Ingemit, et duplices tendens ad sydera palmas
Talia voce refert: O terque, quaterque beati,
Queis antè ora patrum, Trojae sub moenibus altis
Contigit oppetere, o Danaum fortissime gentis
Tydide, me ne Iliacis occumbere campis
Non potuisse? tuaque animam hanc effundere dextra?
Saevus ubi Aeacidae telo jacet Hector, ubi ingens

ruunt, qua data porta ėst, et perflant terras turbine. Incubuere mari, et una et Eurus, et Notus, et Africus creber procellis, ruunt totum a sedibus imis, et volvunt vastos fluctus ad sydera. Et clamor virorum, et stridor rudentum insequitur. Nubes eripiunt subito et coelum et diem ab oculis Teucrorum; nox atra incubat ponto. Poli intonuere, et aether micat ignibus crebris, et omnia intentant praesentem mortem viris. Extemplo membra Aeneae solvuntur frigore; ingemit, et tendens duplices palmas ad sydera, refert talia voce: o et ter et quater illi beati, queis contigit oppetere ante ora patrum sub moenibus altis Trojae. O Tydide fortissime gentis Danaum, an me non potuisse occumbere campis Iliacis, et effundere animam hanc dextera tua, ubi Hector saevus jacet telo Aeacidae, ubi ingens Sarpedon,

dove loro si apre il varco, e radono la terra co' turbini. Piombano sul mare, e tutt' insieme ed Euro, e Noto, ed Africo fecondo di tempeste lo sconvolgono dal più basso fondo, e spingono ondate immense verso il lido. Le grida de' Trojani, e lo stridor delle funi odonsi in seguito. Le nubi fanno sparire all' improvviso e il cielo, ed il giorno dagli occhi de' Trojani. Un' atra notte si stende sul mare. I cieli tuonano, e l' aria risplende di spessi lampi, e tutto minaccia loro una morte imminente. In un istante ad Enea si agghiaccian le membra per l' orrore, ne geme, ed alzando amendue le mani verso le stelle, così esclama: o tre, e quattro volte beati quegli, a cui toccò in sorte il morire sotto gli occhi de' padri presso alle superbe mura di Troja. O Diomede, il più forte de' Greci, e perchè mai cader non potei ne' campi trojani, e perdere questa vita per la tua mano, dove il forte Ettore giace estinto per l' asta d' Achille, dove lo smisurato Sarpedone, dove il

Sarpedon: ubi tot Simois correpta sub undis
Scuta virum, galeasque, et fortia corpora volvit.
Talia jactanti stridens Aquilone procella
Velum adversa ferit, fluctusque ad sydera tollit.
Franguntur remi: tum prora avertit, et undis
Dat latus, insequitur cumulo praeruptus aquae mons,
Hi summo in fluctu pendent: his unda dehiscens
Terram inter fluctus aperit: furit aestus arenis
Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet;
(Saxa vocant Itali mediis quae in fluctibus Aras,
Dorsum immane mari summo). Tres Eurus ab alto
In brevia, et Syrtes urget; miserabile visu:
Illiditque vadis, atque aggere cingit arenae.
Unam, quae Lycios, fidumque vehebat Orontem,
Ipsius ante oculos ingens a vertice Pontus
In puppim ferit: excutitur, pronusque magister

ubi Simois volvit tot scuta virorum, et galeas, et fortia corpora correpta sub undis: jactanti talia, procella stridens aquilone, adversa ferit velum, et tollit fluctus ad sydera. Remi franguntur, tum prora avertit se, et dat latus undis, mons praeruptus aquae insequitur cumulo. Hi pendent in summo fluctu, his unda dehiscens aperit terram inter fluctus, aestus furit arenis. Notus torquet tres naves abreptas in saxa latentia (Itali vocant aras in mediis fluctibus saxa, quae sunt dorsum immane mari summo): Eurus urget tres ab alto in brevia, et syrtes, miserabile visu: et illidit vadis, atque cingit aggere arenae. Ante oculos ipsius ingens pontus a vertice in puppim ferit unam, quae vehebat Lycios, et fidum Orontem. Magister excutitur, et pronus volvitur in caput.

Simoente ravvolge tanti scudi di guerrieri, e celate, e corpi robusti strascinati sotto delle onde? Mentre diceva così, il nembo procelloso fischiando dalla parte dell' Aquilone, urta la vela dal lato opposto, ed alza i flutti sino alle stelle. Si spezzano i remi, di poi si volge la prora, e presenta il fianco alle onde: un monte altissimo d' acqua le piomba addosso con l'immensa mole: questi pendono dalla cima de' flutti; a quegli il mar, che si apre, mostra la terra in mezzo alle onde. Il mare che ribolle, infuria tra le arene. Il Noto fa urtare tre navi, di cui si è impadronito, negli scogli nascosti (gl' Italiani chiamano altari gli scogli, che in mezzo ai flutti formano un immenso dorso sopra la superficie del mare). Tre l'Euro dall' alto ne caccia nelle secche, e nelle sirti; miserando spettacolo a vedersi! e le configge ne' guadi, e le circonda d'un argine di arena. Avanti agli occhi suoi un' onda smisurata dalla prora alla poppa ne percuote una, che portava i Licii, ed il fido Oronte. Il pilota n' è strappato via, e cade col capo in

Volvitur in caput: ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, et rapidus vorat aequore vortex.
Apparent rari nantes in gurgite vasto:
Arma virum, tabulaeque, et Troja gaza per undas.
Jam validam Ilionei navem, jam fortis Achatae,
Et qua vectus Abas, et qua grandaevus Alethes,
Vicit hyems: laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt,
Interea magno misceri murmure pontum,
Emissamque hyemem sensit Neptunus, et imis
Stagna refusa vadis: graviter commotus, et alto
Prospiciens, summa placidum caput extulit unda.
Disjectam Aeneae toto videt aequore classem,
Fluctibus oppressos Troas, coelique ruina.
Nec latuere doli fratrem Junonis, et irae:
Eurum ad se Zephyrumque vocat: dehinc talia fatur:
Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?
Jam coelum, terramque meo fine numine venti

Ast fluctus ibidem agens illam, ter torquet, et rapidus vortex vorat aequore. Rari nantes apparent in gurgite vasto; arma virorum et tabulae, et Troja gaza per undas. Jam hyems vicit validam navem Ilionei, jam fortis Achatae, et qua Abas vectus, et qua grandaevus Alethes laxis compagibus laterum omnes accipiunt inimicum imbrem, et fatiscunt rimis. Interea Neptunus sensit pontum misceri magno murmure, et emissam hyemem et stagna refusa imis vadis. Graviter commotus, et prospiciens alto, extulit caput placidum unda summa. Videt classem Aeneae disjectam aequore toto, Troas oppressos fluctibus, et ruina coeli. Nec doli, et irae Junonis latuere fratrem. Vocat Eurum, et Zephyrum ad se: dehinc fatur talia: An tanta fiducia generis vestri tenet vos. Jam venti audetis miscere coelum, et terras sine meo numine,

giù. Ma il flutto nell' istesso luogo malmenandola, tre volte la gira intorno, ed un rapido vortice la seppellisce nel mare. Rari appajono quei, che nuotano nel vasto gorgo del mare, le tavole de' guerrieri, e le ricchezze di Troja *si veggono galleggiar* per l' onde. Già la tempesta fracassò la robusta nave d' Ilioneo, e quella in cui era trasportato Abante, e quella del vecchio Alete, ed allentate le giunture de' fianchi tutte *entro di se* ricevono l' onda nemica, e *in varie* fenditure si aprono. Intanto Nettuno si accorse, che il mare era sconvolto con grande strepito, e *vide* la suscitata tempesta, e le acque commosse dal più cupo fondo; gravemente sdegnato, e prendendo cura del mare, solleva placido il capo dalla superficie dell' acqua, vede la flotta di Enea dispersa per tutto il mare, i Trojani oppressi dalle onde, e dal furor del cielo. Nè gl' inganni, e gli sdegni di Giunone furono occulti al fratello. Chiama a se Euro, e Zefiro, indi *lor* parla così: aveste dunque tanta baldan-

Miscere, et tantas audetis tollere moles?
Quos ego ... sed motos praestat componere fluctus.
Post mihi non simili poena commissa luetis.
Maturate fugam, regique haec dicite vestro:
Non illi imperium pelagi, saevumque tridentem,
Sed mihi sorte datum. Tenet ille immania saxa,
Vestras, Eure, domos; illa se jactet in aula
Aeolus, et clauso ventorum carcere regnet.
Sic ait, et dicto citius tumida aequora placat,
Collectasque fugat nubes, Solemque reducit.
Cymothoe simul, et Triton adnixus, acuto
Detrudunt naves scopulo. Levat ipse tridenti,
Et vastas aperit Syrtes, et temperat aequor,
Atque rotis summas levibus perlabitur undas.
Ac veluti magno in populo cum saepe coorta est
Seditio, saevitque animis ignobile vulgus;
Jamque faces, et saxa volant, FUROR arma ministrat;

et audetis tollere tantas moles, quos ego. . . . sed prestat componere motos fluctus. Post non luetis mihi commissa simili poena. Maturate fugam, et dicite haec regi vestro: imperium pelagi, et soevum tridentem non datum illi, sed mihi sorte. Ille tenet saxa immania, Eure, vestras domus; in illa aula jactet se, et regnet clauso carcere ventorum. Sic ait, et citius dicto placat tumida aequora, et fugat nubes collectas, et reducit solem. Cymothoe et simul Triton adnixus detrudunt naves scopulo acuto; ipse levat tridenti, et aperit vastas syrtes, et temperat aequor. Atque perlab tur undas summas rotis levibus. Ac velu'i in populo magno cum orta est seditio, et ignobile vulgus saevit animis, et jam faces et saxa volant,

za, a cagion della vostra stirpe? Già, o venti, osate di turbare il cielo, e la terra senza il mio volere, ed innalzar sì vaste moli? I quali *ben* io *saprò* . . . . , ma *ora* fia meglio calmare i flutti sconvolti; un' altra volta non mi pagherete il fio de' falli *vostri* con tal pena. Accelerate la fuga, e dite al vostro re, che l' impero del mare, ed il formidabile tridente non fu dato a lui, ma a me dalla sorte. Egli possiede immense *orride* rupi, vostro albergo, o Euro; in quella reggia si vanti, e regni nel chiuso carcere de' venti. Così disse *egli*, ed in men che nol disse, abbonaccia il gonfio mare, e mette in fuga le addensate nuvole, e riconduce il sole. Cimotoe, e Tritone insieme, facendo forza discostano le navi dallo scoglio acuto. *Nettuno* stesso le solleva col tridente, ed apre le immense sirti, e pone in calma il mare, e scorre a fior d' acqua colle leggiere rote. E come quando in numeroso popolo è nata una sommossa, e la vil plebe incrudelisce in *suo* cuore; e già volano le faci, ed i

Tum, pietate gravem, ac meritis si forte virum quem
Conspexere, silent, arrectisque auribus adstant.
Ille regit dictis animos, et pectora mulcet.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, aequora postquam
Prospiciens genitor, coeloque invectus aperto
Flectit equos, curruque volans dat lora secundo..
Defessi Aeneadae, quae proxima, litora cursu
Contendunt petere, et Libyae vertuntur ad oras.
Est in secessu longo locus; insula portum
Efficit objectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inque sinus scindit sese unda reductos.
Hinc atque hinc vastae rupes, geminique minantur
In coelum scopuli: quorum sub vertice late
Aequora tuta silent. Tum silvis scena coruscis
Desuper, horrentique atrum nemus imminet umbra.
Fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum.

furor ministrat arma; tum si forte conspexere aliquem virum gravem pietate, ac meritis, silent, et adstant auribus arrectis. Ille regit dictis animos, et mulcet pectora. Sic cunctus fragor pelagi cecidit postquam genitor prospiciens aequora, et invectus coelo aperto, flectit aequos, et volans dat lora secundo curru. Aeneadae defessi contendunt petere cursu quae litora sunt proxima, et vertuntur ad oras Lybiae. Locus est in secessu longo; insula efficit portum objectu laterum, quibus omnis unda ab alto frangitur, et scindit sese in sinus reductos. Hinc atque hinc vastae rupes, est gemini scopuli minantur in coelum, sub vertice quorum late aequora tuta silent. Tum desuper scena silvis coruscis, et atrum nemus imminet umbra horrenti. Sub adversa fronte antrum pendentibus scopulis.

sassi; il furore somministra le armi; allora, se per avventura veggono qualche uomo rispettabile per pietà, e per meriti, si acquietano, e stanno colle orecchie tese. Quegli regola gli animi co' *suoi* detti, e placa i cuori. Così tutto il rumor del mare svanì, tostochè Nettuno volgendo al mare lo sguardo, e portato per l'aria serena, guida i cavalli, e volando allenta le briglie al volubile suo cocchio. I Trojani stanchi si sforzano di giungere con moto veloce a' più vicini lidi, e si volgono alle spiagge della Libia. Vi è un luogo in una vasta solitaria sponda; un' isola ne forma un porto con gli opposti fianchi, ne' quali ogn' *impeto* dell' onda, *che vien* dal mare, si frange, e si divide in replicati giri. Quinci e quindi smisurate rupi, e due scogli minacciano il cielo, sotto la sommità de' quali il mare ampiamente sicuro sta tranquillo. Inoltre vi è sopra una scena di alberi agitati *dal vento*, ed un tetro bosco sovrasta coll' ombra orrenda. Dall' opposta par-

Intus aquae dulces, vivoque sedilia saxo;
Nympharum domus. Hic fessas non vincula naves
Ulla tenent, unco non alligat anchora morsu.
Huc septem Aeneas collectis navibus omni
Ex numero subit, ac magno telluris amore
Egressi, optata potiuntur Troes arena,
Et sale tabentes artus in litore ponunt.
Ac primum silici scintillam excudit Achates,
Suscepitque ignem foliis, atque arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.
Tum Cererem corruptam undis, Cerealiaque arma
Expediunt fessi rerum, frugesque receptas
Et torrere parant flammis, et frangere saxo.
Aeneas scopulum interea conscendit, et omnem
Prospectum late pelago petit, Anthea si qua
Jactatum vento videat, Phrygiasque biremes,
Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici.

Aquae dulces intus, et sedilia vivo saxo, domus nympharum. Hic ulla vincula non tenent naves fessas, anchora non alligat unco morsu. Aeneas cum septem navibus collectis ex omni numero, subit huc, ac magno amore telluris Troes egressi potiuntur arena optata, et ponunt artus tabentes sale in litore. Ac primus Achates excudit scintillam silicis, et suscepit ignem foliis, atque circumdedit arida nutrimenta, et rapuit flammam fomite, tum fessi rerum expediunt Cererem corruptam undis; et arma cerealia, et parant torrere flammis, et frangere saxo fruges receptas. Aeneas interea conscendit scopulum, et late petit omnem prospectum pelago, si qua videat Anthea jactatum vento, et Phrygias biremes, aut Capyn, aut arma Caici in puppibus celsis.

te tra gli scogli pendenti vi è una caverna. Entro *vi sono* acque dolci, e sedili di vivo sasso, soggiorno delle Ninfe. Quì gomena alcuna non lega le stanche navi, *nè* alcun' ancora le ritiene con l' adunco dente. Enea con sette navi raccolte dal total numero quà entra, e per grande avidità di *prender* terra i Trojani usciti metton piede sulla bramata arena, e sdrajano le membra stillanti d' acqua sul lido. Ed in primo luogo Acate trasse le scintille dalla selce, e raccolse il fuoco nelle foglie, e vi pose intorno arido alimento, ed eccitò il fuoco nelle legna. Indi, *ancorchè* stanchi, cavano fuori il grano bagnato dalle onde, e gli strumenti da fare il pane, e si accingono ad asciugar col fuoco, ed a macinar tra le pietre le biade salvate. Enea frattanto sale su di uno scoglio, ed ampiamente osserva tutto il prospetto del mare, se in alcun luogo vegga Anteo balzato dal vento, e le navi Trojane a due ordini di remi, o Capi, o l' armi di Caico sull' alta poppa. Non

Navem in conspectu nullam, tres litore cervos
Prospicit errantes; hos tota armenta sequuntur
A tergo, et longum per valles pascitur agmen.
Constitit hic, arcumque manu, celeresque sagittas
Corripuit, fidus quae tela gerebat Achates.
Ductoresque ipsos primum, capita alta ferentes
Cornibus arboreis, sternit, tum vulgus, et omnem
Miscet agens telis nemora inter frondea turbam.
Nec prius absistit, quam septem ingentia victor
Corpora fundat humi, et numerum cum navibus aequet.
Hinc portum petit, et socios partitur in omnes.
Vina, bonus quae deinde cadis onerarat Acestes
Litore Trinacrio, dederatque abeuntibus heros,
Dividit, et dictis moerentia pectora mulcet:
O socii (neque enim ignari sumus ante malorum)
O passi graviora! dabit Deus his quoque finem.
Vos et Scyllaeam rabiem, penitusque sonantes
Accestis scopulos; vos et Cyclopea saxa

Prospicit navem nullam in prospectu, tres cervos errantes litore; tota armenta sequuntur hos a tergo, et longum agmen pascitur per valles. Constitit hic, et corripuit arma et arcum, et celeres sagittas manu, quae tela fidus Achates gerebat. Primum sternit ductores ipsos ferentes capita alta cornibus arboreis, tum agens omnem turbam, miscet inter frondea nemora; nec prius absistit: quam victor fundat humi septem ingentia corpora, et aequet numerum cum navibus. Hinc petit portum, et deinde partitur in socios omnes vina, quae bonus Acestes onerarat cadis litore Trinacrio, et heros dederat abeuntibus, et mulcet pectora moerentia dictis. O socii (etenim neque ignari sumus malorum ante latorum) o passi graviora, Deus dabit finem his quoque. Vos accessistis et Scyllaeam rabiem, et scopulos penitus sonantes,

iscopre alcuna nave a vista, ma vede tre cervi vaganti nel lido; interi branchi li seguono appresso, e la lunga schiera va pascolando per le valli. Quì fermossi, e diè di piglio all' arco, ed alle veloci saette, le quali armi da lanciare il fido Aceste recava. In primo luogo abbatte i condottieri stessi, che portavano alte le teste colle corna ramose, dipoi inseguendo co' dardi il volgo, e tutta la torma, li pone in confusione nel frondoso bosco, nè prima si ferma che vincitore stramazzi a terra sette grandi cervi ed eguagli il numero alle navi. Quindi recasi al porto, e dipoi distribuisce fra tutt'i compagni i vini, che il buono Aceste aveva caricato nelle anfore sul lido di Sicilia, e quell'eroe avea loro dato alla partenza, e consola gli animi mesti con tali parole: o compagni (imperocchè ci rammentiamo de' mali prima sofferti) o voi che tolleraste maggiori sciagure, Dio darà fine anche a queste; voi vi accostaste ed alla rabbiosa Scilla, ed agli scogli, che latrano internamente; voi anche sapete per

Experti; revocate animos, moestumque timorem
Mittite; forsan et haec olim meminisse juvabit.
Per varios casus, per tot discrimina rerum,
Tendimus in Latium; sedes ubi fata quietas
Ostendunt; illic fas regna resurgere Trojae.
Durate, et vosmet rebus servate secundis.
Talia voce refert, curisque ingentibus aeger
Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.
Illi se praedae accingunt, dapibusque futuris;
Tergora diripiunt costis, et viscera nudant.
Pars in frusta secant, verubusque trementia figunt:
Litore ahena locant alii, flammasque ministrant;
Tum victu revocant vires: fusique per herbam
Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinae:
Postquam exempta fames epulis, mensaeque remotae,
Amissos longo socios sermone requirunt,
Spemque metumque inter dubii, seu vivere credant,

vos et experti Cyclopea saxa; revocate animos, et mittite timorem moestum; forsan et olim juvabit meminisse haec. Per varios casus, per tot discrimina rerum tendimus in Latium, ubi fata ostendunt sedes quietas; illic fas est regna Trojae resurgere; durate et servate vosmet rebus secundis. Refert talia voce, et aeger curis ingentibus, simulat spem vultu, premit altum dolorem corde. Illi accingunt se praedae, et dapibus futuris; diripiunt tergora costis, et nudant viscera. Pars secant in frusta, et figunt trementia verubus. Alii locant ahena litore, et ministrant flammas; tum victu revocant vires, et fusi per herbam implentur veteris Bacchi, et pinguis ferinae. Postquam fames exempta epulis, et mensae remotae, requirunt amissos socios longo sermone, dubii inter et spem, et metum,

prova i sassi de' Ciclopi; richiamate il coraggio, ed abbandonate il timore, che vi fa mesti; forse fia grato un giorno di ricordarsi anche di questi mali. Per sì varie avventure, per tante vicende andiamo verso il Lazio, dove i fati ci mostrano un quièto soggiorno; colà è permesso, che il regno di Troja risorga. Resistete, e conservatevi a prosperi avvenimenti. Così snoda la voce, e oppresso da gravi cure, finge speranza sul volto, e preme l'alto dolore nel seno. I Trojani si appressano *a goder* le prede, e la mensa vicina; strappano le pelli dalle costole, e ne nudan le carni. Una parte taglia *i cervi* in pezzi, e li conficca palpitanti negli spiedi. Altri collocano sul lido le caldaje, e vi sottopongono il fuoco; di poi col vitto rifocillan le forze, e seduti sull'erba, si saziano di vecchio vino, e di pingue carne di selvaggina. Poichè fu appagata la fame con i cibi, e le mense rimosse, fanno menzione de' perduti compagni con lungo discorso, incerti fra la speranza, ed il ti-

Sive extrema pati, nec jam exaudire vocatos.
Praecipue pius Aeneas, nunc acris Orontei,
Nunc Amyci casum gemit, et crudelia secum
Fata Lyci, fortemque Gyan, fortemque Cloanthum.
Et jam finis erat, cum Jupiter aethere summo
Despiciens mare velivolum, terrasque jacentes,
Litoraque, et latos populos, sic vertice coeli
Constitit, et Libyae defixit lumina regnis.
Atque illum tales jactantem pectore curas,
Tristior, et lacrymis oculos suffusa nitentes,
Alloquitur Venus. O, qui res hominumque, deumque
Aeternis reges imperiis, et fulmine terres,
Quid meus Aeneas in te committere tantum,
Quid Troes potuere, quibus tot funera passis
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?
Certe hinc Romanos olim volventibus annis,

seu credant vivere, seu pati extrema, nec jam vocatos exaudire. Praecipue pius Aeneas nunc secum gemit casus acris Orontis, nunc casum Amyci, et crudelia fata Lyci, et fortem Gyan, et fortem Cloanthum. Et jam finis erat, cum Jupiter aethere summo despiciens mare velivolum, et terras jacentes, et litora, et latos populos, sic vertice coeli constitit, et defixit lumina regnis Lybiae; atque Venus tristior, et suffusa oculos nitentes lacrymis alloquitur illum jactantem tales curas pectore: o tu qui regis res hominum, et deorum aeternis imperiis, et terres fulmine; quid tantum meus Aeneas, quid Troes potuere committere in te, quibus passis tot funera, cunctus orbis terrarum clauditur ob Italiam? Certe pollicitus eras olim hinc Romanos volventibus annis

more, se *debbano* crederli vivi, o soffrire l'estremo fato, nè più udire *ancorchè* chiamati. Specialmente il pio Enea ora seco stesso compiange la disgrazia del valoroso Oronte, ora la sventura di Amico, ed il crudel destino di Lico, ed il forte Gia, ed il forte Cloanto. E già erano al termine, quando Giove dall' alto de' Cieli abbassando il guardo sopra il mare solcato dalle vele, e sopra le basse terre ed i lidi, ed i numerosi popoli, così fermossi nella sommità del cielo, e fissò gli sguardi su i regni della Libia; e Venere mesta e bagnata gli occhi vivaci di lacrime, parla, a Giove, che volgea tai pensieri nella mente: o tu che regoli le cose degli uomini, e degli Dei con eterno impero e gli spaventi col fulmine, qual delitto sì grande Enea, quale i trojani poterono commettere contro di te, ai quali oppressi da tante disgrazie, tutto il mondo si chiude a cagion dell'Italia? Certamente tu *mi* avevi promesso che una volta col volger degli anni da essi verrebbero i Romani, che

Hinc fore ductores revocato a sanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
Pollicitus: quae te genitor sententia vertit?
Hoc equidem occasum Trojae, tristesque ruinas
Solabar, fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos
Insequitur: quem das finem, rex magne, laborum?
Antenor potuit, mediis elapsus Achivis,
Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum, et fontem superare Timavi:
Unde per ora novem vasto cum murmure montis
It mare praeruptum, et pelago premit arva sonanti.
Hic tamen ille urbem Patavi, sedesque locavit
Teucrorum; et genti nomen dedit, armaque fixit
Troja: nunc placida compostus pace quiescit.
Nos, tua progenies, coeli quibus annuis arcem,
Navibus (infandum) amissis unius ob iram

hinc ductores fore a revocato sanguine Teucri, qui tenerent terras omni ditione; genitor quae sententia vertit te? Equidem solabar hoc occasum Trojae, et tristes ruinas, rependens fata contraria fatis secundis. Nunc eadem fortuna insequitur viros actos tot casibus. Rex magne quem finem laborum das? Antenor elapsis mediis achivis, tutus potuit penetrare sinus illyricos atque intima regna Liburnorum, et superare fontem Timavi, unde per novem ora cum vasto murmure montis, it mare praeruptum, et premit arva sonanti pelago. Hic tamen ille locavit urbem Patavi, et sedes Teucrorum, et dedit nomen genti, et fixit arma Troja, nunc compostus pace placida quiescit. Nos tua progenies, quibus annuis arcem coeli, navibus ammissis

quindi dalla richiamata stirpe di Teucro nascerebbero i Duci, i quali occupassero il mare, e la terra con universal dominio. O padre, qual consiglio cambiò la tua mente? Certamente mi consolava con tal pensiero della caduta di Troja, e della lacrimevole rovina, compensando i destini avversi co' favorevoli. Ora l' istessa disgrazia perseguita i Trojani agitati da tante vicende. O re grande, qual fine tu poni agli affanni? Antenore fuggito di mezzo a' Greci, potè sicuro introdursi nel golfo Illirico, e nell'intimo regno de' Liburni, e trapassare la sorgente del Timavo, dalla quale per nove bocche con estremo fragore della montagna si scarica come un mare precipitoso, e preme le campagne con l'onda risonante. Questi finalmente fondò la città di Padova, e la sede de' Trojani, e diede il nome a quella gente, e sospese le armi Trojane; ora stabilito riposa in una sicura pace. Noi da te discendenti, a cui tu concedi la reggia del cielo, *già* perdute le navi (cosa da non

Prodimur, atque Italis longe disjungimur oris.
Hic pietatis honos? Sic nos in sceptra reponis?
Olli subridens hominum sator, atque Deorum,
Vultu, quo coelum, tempestatesque serenat,
Oscula libavit natae; dehinc talia fatur:
Parce metu, Cytherea; manent immota tuorum
Fata tibi, cernes urbem, et promissa Lavini
Moenia, sublimemque feres ad sidera coeli
Magnanimum Aeneam, neque me sententia vertit.
Hic (tibi fabor enim, quando haec te cura remordet,
Longius et volvens fatorum arcana movebo)
Bellum ingens geret Italia, populosque feroces
Contundet, moresque viris, et moenia ponet,
Tertia dum Latio regnantem viderit aestas,
Ternaque transierint Rutulis hyberna subactis.
At puer Ascanius, cui nunc cognomen Julo

(infandum) prodimur ob iram unius atque longe disjungimur oris Italis. Hic honos pietatis? Sic nos reponis in sceptra? Sator hominum, atque Deorum subridens olli vultu quo serenat coelum et tempestates, libavit oscula natae; dehinc fatur talia: Cytherea parce metu, fata tuorum manent immota tibi; cernes urbem et moenia promissa Lavini, et feres sublimem magnanimum Aeneam ad coelum, neque sententia vertit me. Hic (etenim fabor tibi, quando haec cura remordet te, et volvens longius movebo arcana fati) geret bellum ingens Italia, et contundet populos feroces, et ponet mores, et moenia viris, dum tertia aestas viderit regnantem Latio, et terna hyberna transierint subactis Rutulis. At puer Ascanius, cui nunc cognomen Julo additur

rammentarsi) siamo traditi per lo sdegno di una sola, e siamo per lungo tratto allontanati dalle spiagge italiane? Quest' onore tu rendi alla pietà? Così ne riponi sul soglio? Il padre degli uomini, e degli Dei a lei sorridendo con quel volto, onde rasserena il cielo, e le tempeste, impresse un leggier bacio sulle labbra della figlia, di poi così le parla: o Venere, deponi il timore; i destini de' tuoi restano immobili per te; vedrai la città, e le mura promesse di Lavinio, ed alzerai glorioso il magnanimo Enea al cielo, nè alcun consiglio mi ha cambiata la mente. Questi (imperocchè ti parlerò, mentre un tal pensiero ti affligge, e svolgendoli da lontano, ti spiegherò gli arcani de' destini) farà una terribil guerra nell' Italia, e domerà popoli feroci, e stabilirà leggi, e città alle *sue* genti, finchè la terza estate lo vedrà regnare nel Lazio, e tre inverni saranno scorsi, dopo domati i Rutuli. Ma il fanciullo Ascanio, che ora ha il cognome di Giulo (chiamavasi Ilo quando la

Additur, (Ilus erat, dum res stetit Ilia regno)
Triginta magnos volvendis mensibus orbes
Imperio explebit, regnumque a sede Lavini
Transferet, et longam multa vi muniet Albam.
Hic jam tercentum totos regnabitur annos
Gente sub Hectorea, donec regina sacerdos
Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.
Inde lupae fulvo nutricis tegmine laetus
Romulus excipiet gentem, et Mavortia condet
Moenia, Romanosque suo de nomine dicet.
His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
Imperium sine fine dedi. Quin aspera Juno,
Quae mare nunc, terrasque metu, coelumque fatigat,
Consilia in melius referet, mecumque fovebit
Romanos rerum dominos, gentemque togatam.
Sic placitum. Veniet lustris labentibus aetas,
Cum domus Assaraci Phthiam, clarasque Mycenas
Servitio premet, ac victis dominabitur Argis.

(Ilus erat, dum res Ilia stetit regno), explebit imperio triginta magnos orbes volvendis mensibus, et transferet regnum a sede Lavinii, et muniet Albam longam multa vi. Hic jam regnabitur tercentum totos annos sub Hectorea gente, donec Ilia regina sacerdos gravis Marte, dabit geminam prolem partu. Inde Romulus laetus tegmine fulvo lupae nutricis excipiet gentem, et condet Mavortia moenia, et dicet Romanos de nomine suo. Ego pono nec metas rerum, nec tempora his: dedi imperium sine fine. Quin aspera Juno, quae nunc metu fatigat mare, et terras, et coelum, referet consilia in melius, et fovebit mecum Romanos dominos rerum, et gentem togatam. Sic placitum. Lustris labentibus aetas veniet, cum domus Assaraci premet servitio Phthiam, et claras Mycenas, ac dominabitur victis Argis.

potenza Trojana si sostenne nel regno) compierà regnando trenta grandi giri *di Sole formati* al variar de' mesi, e trasporterà il regno dalla sede di Lavinio, e munirà fortemente Alba lunga. Quì si regnerà trecento anni intieri sotto la stirpe Trojana, finchè Ilia regale sacerdotessa incinta da Marte, darà alla luce due figli ad un parto; indi Romolo fastoso *di coprirsi* con la fulva pelle della lupa nutrice, prenderà il governo di *quel* popolo, e fabbricherà le mura di Marte, e chiamerà i Romani dal suo nome. Io non istabilisco nè meta, nè tempo al potere di questi; loro accordai un impero perpetuo; che anzi l'inasprita Giunone, che ora per lo timore sconvolge il mare, la terra, e il cielo, cambierà in meglio le risoluzioni, e proteggerà meco i Romani padroni del mondo, e gente adorna di toga. Tal' è il decreto. Col volgersi de' lustri verrà un tempo, in cui la stirpe d'Assaraco farà *sua* schiava Ftia e l'illustre Micene, e dominerà in Argo debellata. Da tale illustre origine nasce-

Nascetur pulchra Trojanus origine Caesar,
Imperium Oceano, famam qui terminet astris,
Julius, a magno demissum nomen Julo.
Hunc tu olim coelo, spoliis Orientis onustum,
Accipies secura; vocabitur hic quoque votis.
Aspera tum positis mitescent saecula bellis.
Cana Fides, et Vesta, Remo cum fratre Quirinus
Jura dabunt: dirae ferro, et compagibus arctis
Claudentur belli portae; furor impius intus
Saeva sedens super arma, et centum vinctus ahenis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.
Haec ait, et Maja genitum demittit ab alto,
Ut terrae, utque novae pateant Carthaginis arces
Hospitio Teucris, ne fati nescia Dido
Finibus arceret. Volat ille per aera magnum
Remigio alarum, ac Libyae citus adstitit oris:

Caesar Trojanus pulchra origine nascetur, qui terminet imperium Oceano, famam astris, Julius nomen demissum a magno Julo. Tu secura accipies hunc onustum spoliis Orientis coelo; hic quoque vocabitur votis. Aspera saecula tunc mitescent, positis bellis. Cana fides, et Vesta, Quirinus cum fratre Remo dabunt jura. Dirae portae belli claudentur arctis compagibus et ferro. Furor impius intus sedens super arma saeva, et vinctus centum nodis ahenis post tergum, horridus fremet ore cruento. Ait haec, et dimittit genitum Maja ab alto, ut terrae, et arces novae Carthaginis pateant Teucris hospitio, ne Dido nesciens fati, arceret finibus. Ille volat per aera magnum remigio alarum, ac citus adstitit oris Libiae. Et jam facit jussa:

rà Césare Trojano, che stenderà l'impero fino all'oceano, e la fama fino alle stelle. *Sarà detto* Giulio, nome *a lui* trasmesso dal gran Giulo. Tu *al fine* contenta un giorno riceverai costui carico delle spoglie d'oriente nel cielo; questi ancora sarà invocato con le preghiere. Gli aspri secoli si addolciranno, finite le guerre. La candida fede, e Vesta, e Quirino con il fratello Remo detteranno leggi. Le funeste porte della guerra verranno chiuse con istrette commessure, e col ferro. L'empio furore dentro sedendo sulle armi crudeli, e legato con cento catene di bronzo, orrido fremerà con le labbra fumanti di sangue. Così dice, e manda il figlio di Maja dal cielo, acciò le terre, e le rocche della nuova Cartagine sieno aperte con ospitalità a' Trojani, acciocchè Didone non consapevole *del voler* del fato, non li respinga dai confini. Quegli vola per l'aria spaziosa remigando colle ali, e presto giunge sulle spiagge della Libia. E già adempie i comandi, e depon-

Et jam jussa facit, ponuntque ferocia Poeni
Corda, volente Deo; imprimis regina quietum
Accipit in Teucros animum, mentemque benignam.
At pius Aeneas per noctem plurima volvens,
Ut primum lux alma data est, exire, locosque
Explorare novos, quas vento accesserit oras,
Qui teneant (nam inculta videt) hominesne, feraene
Quaerere constituit, sociisque exacta referre.
Classem in convexo nemorum, sub rupe cavata,
Arboribus clausam, atque horrentibus umbris
Occulit: ipse uno graditur comitatus Achate,
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Cui mater media sese tulit obvia silva,
Virginis os. habitumque gerens, et virginis arma
Spartanae: vel qualis equos Threissa fatigat
Harpalyce, volucremque fuga praevertitur Hebrum.
Namque humeris de more habilem suspenderat arcum

et Poeni ponunt ferocia corda volente Deo: imprimis Regina accipit animum quietum, et mentem benignam in Teucros. At pius Aeneas volvens plurima per noctem, ut primum lux alma data est, statuit exire, et explorare novos locos, quas oras accesserit vento, qui homines, an ferae teneant (nam videt inculta) et exacta referre sociis. Occulit classem in convexo nemorum sub rupe cavata, clausam circum arboribus, ac horrentibus umbris: ipse comitatus uno Achate graditur, crispans manu bina hastilia ferro lato. Cui mater obvia obtulit sese silva media, gerens os, et habitum virginis, et arma virginis Spartanae; qualis Threissa Harpalyce fatigat equos, et prevertitur volucrem Hebrum fuga. Nam suspenderat humeris habilem arcum de more

gono i Cartaginesi la ferocia del cuore, così disponendo Giove; specialmente la regina concepisce disposizioni di pace, e pensieri favorevoli verso i Trojani. Ma il pio Enea ravvolgendo *nell' animo* molte cose, durante la notte, appena l'alma luce spuntò, risolve di uscire, ed esaminare quei nuovi luoghi, *per vedere* a quali spiagge sia giunto, *spintovi* dal vento, quali uomini, o fiere vi soggiornino (poichè vede inculto *il suolo*); e riferire le osservate cose a' compagni. Nasconde la flotta, *ove* il bosco curvasi *in arco* sotto una scavata rupe, chiusa intorno da foltissime ombre di alberi; egli accompagnato dal solo Acate va innanzi, vibrando in mano due giavellotti con largo ferro. A lui la madre si fece incontro in mezzo alla selva, mostrandosi nel volto, e nell' abito una vergine, e nelle armi una vergine Spartana; o come la Tracia Arpalice stanca correndo i cavalli, e supera il rapido Ebro nel corso; imperocchè *ella*, giusta il costume di cacciatrice, sospeso aveva l'arco

Venatrix, dederatque comas diffundere ventis.
Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes.
Ac prior: heus, inquit, juvenes, monstrate mearum
Vidistis si quam hic errantem forte sororum
Succinctam pharetra, et maculosae tegmine lyncis,
Aut spumantis apri cursum clamore prementem.
Sic Venus, at Veneris contra sic filius orsus:
Nulla tuarum audita mihi, neque visa sororum,
O quam te memorem, Virgo: namque haud tibi vultus
Mortalis, nec vox hominem sonat? O Dea, certe,
An Phoebi soror, an nympharum sanguinis una?
Sis felix, nostrumque leves quaecumque laborem;
Et quo sub coelo tandem, quibus orbis in oris
Jactemur, doceas. Ignari hominumque locorumque
Erramus, vento huc, et vastis fluctibus acti.

et dederat comas diffundere ventis, nuda genu, et succincta nodo sinus fluentes. Ac prior heus (inquit) juvenes, monstrate si forte vidistis aliquam mearum sororum succinctam pharetra; et tegmine lyncis maculosae, aut clamore prementem cursum spumantis apri. Sic Venus: at contra sic filius Veneris orsus: nulla tuarum sororum audita mihi, neque visa. O virgo, quam memorem te, namque vultus mortalis haud est tibi, nec vox sonat hominem? O certe Dea soror Phoebi, an una sanguinis nympharum? Sis felix, et quaecumque es, leves laborem nostrum, et doceas sub quo coelo tandem, in quibus oris orbis jactemur! Ignari hominum, et locorum erramus; acti vento huc, et magnis fluctibus. Multa hostia cadet tibi ante aras dextera nostra.

pieghevole agli omeri, ed avea lasciato la chioma in balìa de' venti, nuda il ginocchio, e raccolte in nodo le ondeggianti pieghe della veste. Ed ella fu la prima *a parlare*: su via, o giovani, indicatemi, se mai vedeste *alcuna* delle mie sorelle quivi errante, armata di turcasso, e *cinta* con la pelle di macchiata lince, o che gridando seguisse il corso di spumante cinghiale. Così Venere; ma all' incontro il figlio di Venere in tal modo prese a dire: niuna fra le tue sorelle è stata da me udita, o veduta. O Vergine, e con qual nome *dovrò* io chiamarti, poichè non hai volto mortale, nè il *tuo* parlar si assomiglia all'umano? *O tu che* sei al certo una Dea, la sorella forse di Febo, o una della stirpe delle ninfe? deh siami propizia, e qualunque tu sii, alleggerisci il nostro travaglio, e palesaci sotto qual cielo finalmente, in quali spiagge del mondo siamo balzati. Ignorando gli abitatori, ed il luogo, andiam vagando, quà spinti dal vento, e dalle onde impetuose. Molte vittime cadran-

Multa tibi ante aras nostrâ cadet hostia dextra.
Tunc Venus: haud equidem tali me dignor honore.
Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram,
Purpureoque alte suras vincire cothurno.
Punica regna vides, Tyrios, et Agenoris urbem;
Sed fines Libyci, genus intractabile bello.
Imperium Dido Tyria regit urbe profecta,
Germanum fugiens; longa est injuria, longae
Ambages; sed summa sequar fastigia rerum.
Huic conjux Sichaeus erat, ditissimus agri
Phoenicum, et magno miserae dilectus amore.
Cui pater intactam dederat, primisque jugarat
Ominibus, sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.
Quos inter medius venit furor. Ille Sichaeum
Impius ante aras, atque auri caecus amore

Tunc Venus. Haud equidem dignor me tali honore. Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram, et alte vincire suras purpureo cothurno. Vides punica regna, Tyrios, et urbem Agenoris, sed fines Libyci, genus intractabile bello. Dido profecta urbe Tyria fugiens germanum, regit imperium. Longa est injuria, longae ambages, sed sequar summa fastigia rerum. Sichaeus erat conjux huic ditissimus Phoenicum agri, et dilectus magno amore miserae, cui pater dederat intactam, et primis ominibus jugarat; sed germanus Pygmalion habebat regna Tyri, immanior scelere ante omnes alios. Inter quos medius furor venit. Ille impius, securus amorum germanae, atque caecus amore auri,

no innanzi a' tuoi altari per la mia destra. Allora Venere soggiunse: certamente non mi reputo degna di siffatto onore. È costume delle donzelle di Tiro di portare il turcasso, ed alto allacciar le gambe co' purpurei coturni. *Tu quì* vedi il regno de' Fenicii, una *colonia* di Tirii, ed una città *de' discendenti* da Agenore, ma *questo* è il paese della Libia, ov'è una gente ferocissima in guerra. Didone partita dalla città di Tiro, fuggendo il germano, *quì* regge l'impero. Lungo sarebbe il narrar l'ingiustizia *da costei tollerata*, e lungo il *raccontarne* i raggiri, ma io toccherò i capi primarii. Sicheo era marito di costei, il più ricco in terreno fra i Fenicii, ed amato con gran passione dalla infelice, al quale il padre l'aveva data intatta, e l'avea congiunta in prime nozze. Ma il germano Pigmalione era Re di Tiro, il più iniquo di ogni altro in *ogni* delitto. Tra i quali l'odio si accese. Quell' empio non curando l'amor della sorella, ed acciecato dal desio dell'oro, occultamente uc-

Clam ferro incautum superat, securus amorum
Germanae: factumque diu celavit, et aegram,
Multa malus simulans, vana spe lusit amantem.
Ipsa sed in somnis inhumati venit imago
Conjugis, ora modis attollens pallida miris,
Crudeles aras, trajectaque pectora ferro
Nudavit, caecumque domus scelus omne retexit.
Tum celerare fugam, patriaquae excedere suadet,
Auxiliumque viae, veteres tellure recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus, et auri.
His commota fugam Dido, sociosque parabat.
Conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni,
Aut metus acer erat: naves, quae forte paratae,
Corripiunt, onerantque auro; portantur avari
Pygmalionis opes pelago; dux foemina facti.
Devenere locos, ubi nunc ingentia cernes
Moenia, surgentemque novae Carthaginis arcem:

clam ante aras superat incautum ferro, et diu celavit factum, et malus simulans multa, lusit aegram amantem vana spe. Sed ipsa imago inhumati conjugis venit in somnis, attollens miris modis pallida ora, nudavit crudeles aras, et pectora trajecta ferro, et retexit omne caecum scelus domus. Tum suadet celerare fugam, et excedere patria, et recludit veteres thesauros conditos tellure, auxilium viae, ignotum pondus argenti, et auri. Dido commota his, parabat fugam, et socios. Illi conveniunt, quibus odium crudele tyranni, aut metus acer erat. Corripiunt naves, quae forte paratae, et onerant auro; opes avari Pygmalionis portantur pelago; dux foemina facti. Devenere locos, ubi nunc cernes ingentia moenia, et arcem surgentem novae Carthaginis,

cide avanti agli altari col ferro l'incauto *Sicheo*, e lungo tempo occultò il fatto, e malignamente affacciando molti *pretesti*, deluse l'inquieta amante con vane speranze. Ma l'ombra istessa dell'insepolto marito le venne in sogno, alzando in istrana guisa il pallido volto, indicò l'altare crudele, ed il petto trapassato dal ferro e scoprì tutta l'*occulta* scelleraggine del fratello. Allora la persuade ad affrettare la fuga, ed a partir dalla patria, e le palesa antichi tesori sepolti sotterra, da esserle di sussidio pel viaggio, quantità ignota d'argento, ed oro. Didone commossa da queste cose, apparecchiava la fuga, ed i compagni. Quegli si adunano, che nutrivano odio crudele contro il tiranno, o forte timore; s'impadroniscono a forza delle navi, che per caso *erano* preparate, e le caricano d'oro; le ricchezze dell'avaro Pigmalione son trasportate per mare. Una femmina è alla testa di una tale impresa. Giunsero in *quei* luoghi, dove ora vedrai le spaziose mura, e la rocca, che

Mercatique solum, facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circumdare tergo.
Sed vos qui tandem? Quibus aut venistis ab oris?
Quove tenetis iter? Quaerenti talibus ille
Suspirans, imoque trahens a pectore vocem:
O Dea, si prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annales nostrorum audire laborum,
Ante diem clauso componet Vesper Olympo.
Nos Troja antiqua (si vestras forte per aures
Trojae nomen iit) diversa per aequora vectos
Forte sua Lybicis tempestas appulit oris.
Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste Penates
Classe veho mecum, fama super aethera notus:
Italiam quaero patriam, et genus ab Jove summo.
Bis denis Phrygium conscendi navibus aequor,

et mercati solum quantum possent circumdare tergo taurino, dixerunt Byrsam de nomine facti. Sed vos qui tandem estis, aut a quibus oris venistis, vel quo tenetis iter? Ille suspirans, et trahens vocem a pectore imo, respondit quaerenti talibus: o Dea, si repetens ab origine prima, pergam, et vacet audire annales laborum nostrorum, ante vesper componet diem clauso Olympo. Tempestas forte sua appulit nos profectos Troja antiqua, (si forte nomen Trojae venit per aures vestras) vectos per aequora diversa. Sum pius Aeneas qui classe veho mecum Penates raptos ex hoste, notus fama super aethera. Quaero Italiam patriam, et genus ab Jove summo. Conscendi aequor Phrygium bis denis navibus

si va alzando della nuova Cartagine; ed avendo comprato tanto terreno, quanto potessero circondare colla pelle di un toro, lo chiamarono Birsa da un tal fatto. Ma voi chi siete mai, da quai lidi veniste, o dove dirigete il viaggio? Quegli sospirando, e la voce traendo dall'intimo del petto, *rispose così* a chi in tal guisa l'interrogava: o Dea, se riandando le cose dal principio, prendessi a *narrartele*, ed avessi tu agio di udire la serie de' nostri affanni, prima Espero seppellirebbe il giorno nel chiuso Olimpo. La tempesta, come suole avvenire, spinse nella Libica spiaggia, noi partiti dal l'antica Troja (se per avventura il nome di Troja giunse alle tue orecchie) *dopo che fummo* trasportati per diversi mari. Io sono il pio Enea, noto per fama oltre le stelle; porto meco sulle navi i *Dei* Penati involati al nemico *furore*. Vo in cerca dell'Italia *mia* patria, e della mia stirpe, che viene dal sommo Giove. Entrai nel mar di Frigia con venti navi seguendo il destino *a me* sta-

Matre Dea monstrante viam, data fata secutus,
Vix septem convulsae undis, Euroque supersunt.
Ipse ignotus, egens, Libyae deserta peragro;
Europa, atque Asia pulsus. Nec plura quaerentem
Passa Venus, medio sic interfata dolore est:
Quisquis es, haud (credo) invisus caelestibus auras
Vitales carpis, Tyriam qui adveneris urbem.
Perge modo, atque hinc te reginae ad limina perfer.
Namque tibi reduces socios, classemque relatam
Nuntio, et in tutum versis Aquilonibus actam,
Ni frustra augurium vani docuere parentes.
Aspice bis senos laetantes agmine cycnos,
Aetherea quos lapsa plaga Jovis ales aperto
Turbabat coelo: nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas jam despectare videntur.

secutus data fata, matre Dea monstrante viam. Vix septem convulsae undis, et Euro supersunt. Ipse ignotus, egens peragro deserta Libyae, pulsus Europa, atque Asia. Nec Venus passa quaerentem plura, sic interfata est medio dolore. Quisquis es, haud (credo) invisus caelestibus carpis auras vitales, qui adveneris urbem Tyriam. Perge modo, atque hinc perge ad limina Reginae. Namque nuntio tibi reduces socios, et classem relatam, et actam in tutum versis Aquilonibus, ni frustra vani parentes docuere augurium. Aspice bis senos cycnos laetantes agmine, quos ales Jovis lapsa plaga aetherea, turbabat coelo aperto; nunc videntur ordine longo aut capere terras, aut despectare jam captas.

bilito, e additandomi il cammino la mia genitrice, ch'è una Dea. Appena sette maltrattate dall'onde, e dal vento *me ne* restano. Io stesso sconosciuto, indigente vo errando pe' deserti della Libia, cacciato dall'Europa, e dall'Asia. Venere non soffrendo, ch' *Enea* si lagnasse più oltre, così parlogli in mezzo al dolore: chiunque tu sii, non guardato di mal occhio dagli Dei (*per quanto* io credo) respiri l'aura vitale, mentre sei giunto alla città *edificata* da' Tirii; prosiegui pure, e portati quindi al palagio della Regina. Imperocchè ti annunzio, che i tuoi compagni son di ritorno, e che le navi sono ricondotte, e spinte in luogo sicuro da' venti rivolti *in tuo favore*, se inutilmente i mendaci genitori non m'insegnarono l'arte di augurare. Osserva *quei* dodici cigni, che schierati festeggiano, cui l'augel di Giove piombato dalla region del cielo, turbava all'aria aperta, *e che* ora si veggono in lunga fila posarsi sulla terra, o guardarla *da ogni parte* dopo

Et reduces illi ludunt stridentibus alis,
Ut coetu cinxere polum, cantusque dedere;
Haud aliter puppesque tuae, pubesque tuorum.
Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.
Perge modo, et qua te ducit via, dirige gressum.
Dixit, et avertens rosea cervice refulsit,
Ambrosiaeque comae divinum vertice odorem
Spiravere; pedes vestis defluxit ad imos,
Et vera incessu patuit dea. Ille, ubi matrem
Agnovit, tali fugientem est voce secutus:
Quid natum toties crudelis tu quoque falsis
Ludis imaginibus? cur dextrae jungere dextram
Non datur, ac veras audire et reddere voces?
Talibus incusat, gressumque ad moenia tendit.
At Venus obscuro gradientes aere sepsit,
Et multo nebulae circum dea fudit amictu,
Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset;
Molirive moram, aut veniendi poscere causas.

Ut illi reduces, ludunt alis strepentibus, et coetu cinxere polum, et dedere cantus; haud aliter puppes tuae, et pubes tuorum, aut tenet portum, aut subit ostia pleno velo. Perge modo, et dirige gressum, qua via ducit te. Dixit et avertens se, refulsit cervice rosea, et comae spiravere divinum odorem ambrosiae vertice; vestis defluxit ad imos pedes, et vera Dea potuit incessu. Ille ubi agnovit matrem, secutus est fugientem tali voce: Quid tu quoque, crudelis, toties ludis natum falsis imaginibus; cur non datur jungere dextram dextrae, et audire, et reddere veras voces. Incusat talibus, et tendit gressum ad moenia. At Venus texit gradientes aere obscuro, et ut Dea, fudit circum multo amictu nebulae, ne aliquis posset cernere eos, neu contingere, vel moliri moram, aut poscere causas veniendi.

di essersi posati. Come quelli ritornando scherzano colle ale strepitose, e in branco unite occupano l'aria, e sciolgono il canto; non altrimenti le tue navi, e la gente tua o ha preso il porto, o in esso imbocca ora a piene vele. Va pure, e volgi il passo, ove il sentiero ti conduce. Così disse, e nel rivolgersi, tramandò viva luce dalla rosea cervice, e dalla fronte le chiome sparsero il divino odor dell' ambrosia. *Sciolta* la veste le discese fino a' piedi, e vera Dea mostrossi al camminare. Quegli, tosto che conobbe la madre, con tali accenti l'accompagnò, mentre fuggiva: perchè tu ancora, o crudele, tante volte inganni il figlio con mentite sembianze; perchè non *mi* vien concesso unir la destra, ed ascoltare, e rendere non finte voci? La rampogna in tal guisa, e dirige il passo alle mura. Ma Venere li coprì nel camminare di aria caliginosa, e *come* Dea, sparse intorno a loro un folto velo di nebbia, acciò niuno potesse vederli, nè toccarli, nè trattenerli, e chiedere da essi la

Ipsa Paphum sublimis abit, sedesque revisit
Laeta suas, ubi templum illi, centumque Sabaeo
Thure calent arae, sertisque recentibus halant.
Corripuere viam interea, qua semita monstrat.
Jamque ascendebant collem, qui plurimus urbi
Imminet, adversasque aspectat desuper arces.
Miratur molem Aeneas, magalia quondam,
Miratur portas, strepitumque, et strata viarum;
Instant ardentes Tyrii: pars ducere muros,
Molirique arcem, et manibus subvolvere saxa;
Pars aptare locum tecto, et concludere sulco.
Jura, magistratusque legunt, sanctumque senatum.
Hic portus alii effodiunt; hic alta theatris
Fundamenta locant alii, immanesque columnas
Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.
Qualis apes aestate nova per florea rura

Ipsa sublimis abit Paphum, et laeta revisit sedes suas, ubi templum, et centum arae calent thure Sabaeo illi, et halant sertis recentibus. Interea corripuere viam, qua semita monstrat, et jam ascendebant collem, qui plurimus imminet urbi, et aspectat desuper arces oppositas. Aeneas miratur molem, quondam magalia; miratur portas, et strepitum, et strata viarum. Ardentes Tyrii instant; pars ducere muros, et moliri arcem, et subvolvere saxa manibus; pars aptare locum tecto, et concludere sulco. Legunt jura, et magistratus, et sanctum senatum. Hic alii effodiunt portus, hic alii locant alta fundamenta theatris, et excidunt immanes columnas rupibus, decora alta scenis futuris. Qualis labor exercet apes aestate nova per florea rura sub sole,

cagione della loro venuta. Ella levatasi in alto, si reca in Pafo, e lieta *torna* a vedere la sua sede, ove in un tempio, ed in cento altari arde l'incenso d'Arabia, ed olezzano fresche ghirlande in suo onore. Intanto si avviarono ove la via li conduce, e già salivano il colle, che molto sovrasta alla città, e riguarda da sopra le rocche opposte. Enea ammira l'ampiezza *di quella*, che prima non era se non che capanne, ne ammira le porte, e le rumorose vie lastricate. Con fervore i Tirii sono applicati al lavoro; una parte *attende* ad alzare le mura, ed a fabbricare la rocca, e a ravvolgere colle mani i sassi; una parte ad adattare il luogo alle case, ed a circondarlo di un solco. Scelgono *la sede* de' tribunali, e de' magistrati, e del rispettabil senato. Quì altri scavano il porto, e gittano le alte fondamenta pe' teatri, e tagliano smisurate colonne dalle rupi, superbi ornamenti alle scene future. Così la fatica tiene in esercizio le pecchie nel principio della state nelle fiorite apriche vil-

Exercet sub Sole labor, cum gentis adultos
Educunt foetus, aut cum liquentia mella
Stipant, et dulci distendunt nectare cellas,
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
Ignavum fucos pecus a praesepibus arcent.
Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella:
O fortunati, quorum jam moenia surgunt!
Aeneas ait, et fastigia suspicit urbis.
Infert se septus nebula, mirabile dictu,
Per medios, miscetque viris; neque cernitur ulli.
Lucus in urbe fuit media, laetissimus umbra;
Quo primum jactati undis, et turbine Poeni
Effodere loco signum, quod regia Juno
Monstrarat, caput acris equi; sic nam fore bello
Egregiam, et facilem victu per saecula gentem.
Hic templum Junoni ingens Sidonia Dido.
Condebat, donis opulentum, et numine divae:

cum educunt foetus adultos gentis, aut cum stipant liquentia mella, et distendunt cellas dulci nectare, aut accipiunt onera venientium, aut agmine facto, arcent fucos, ignavum pecus a praesepibus. Opus fervet, et fragrantia mella redolent thymo. Aeneas ait: o fortunati, quorum moenia jam surgunt, et suspicit fastigia urbis. Septus nebula (mirabile dictu) infert se per medios, et miscet viris, neque cernitur ulli. Lucus laetissimus umbra, fuit in urbe media, quo primum Poeni jactati undis, et turbine, effodere signum loco, quod regia Juno monstraverat, caput acris equi; sic nam praedicebat gentem fore egregiam bello, et facilem victu per saecula. Hic Sidonia Dido condebat templum ingens Junoni, opulentum donis, et numine Divae;

le, quando cavano fuori gli adulti parti, o condensano il liquido mele, ed empion le celle di dolce nettare, o ricevono i carichi di quelle, che sopraggiungono, o formata una schiera, scacciano dagli alveari i pecchioni, gregge infingardo. Il lavoro ferve, e l'odoroso mele manda fragranza di timo. Enea esclama: o fortunati voi, le cui mura già sorgono, ed alza gli sguardi alle cime della città. Cinto dalla nebbia (cosa maravigliosa a dirsi) s'introduce fra il popolo, si confonde con esso, nè viene osservato da alcuno. Un bosco di ombra deliziosissima vi fu in mezzo della città, nel qual luogo primieramente sbalzati i Fenicii da' marosi, e dal turbine, scavarono un segno, che la regal Giunone loro aveva mostrato, cioè la testa di un feroce cavallo. Imperocchè così prediceva, che quella gente sarebbe illustre in guerra, ed atta a vivere *gloriosamente* per molti secoli. Quì la Sidonia Didone edificava un vasto tempio a Giunone, ricco de' doni, e della mae-

Aerea cui gradibus surgebant limina, nexaeque
Aere trabes; foribus cardo stridebat ahenis.
Hoc primum in luco nova res oblata timorem
Leniit; hic primum Aeneas sperare salutem
Ausus, et afflictis melius confidere rebus.
Namque sub ingenti lustrat dum singula templo,
Reginam opperiens, dum, quae fortuna sit urbi,
Artificumque manus inter se, operumque laborem
Miratur, videt Iliacas ex ordine pugnas,
Bellaque jam fama totum vulgata per orbem;
Atridas, Priamumque, et saevum ambobus Achillem.
Constitit, et lacrymans: Quis jam locus, inquit, Achate,
Quae regio in terris nostri non plena laboris?
En Priamus; sunt hic etiam sua premia laudi,
Sunt lacrymae rerum, et mentem mortalia tangunt.
Solve metus; feret haec aliquam tibi fama salutem.
Sic ait, atque animum pictura pascit inani

cui gradibus limina aerea surgebant, et trabes nexae aere, cardo stridebat foribus ahenis. In hoc luco nova res oblata, primum leniit timorem; hic primum Aeneas ausus sperare salutem, et melius confidere afflictis rebus. Namque sub ingenti templo, opperiens Reginam dum lustrat singula, dum miratur, quae sit fortuna urbi, et manus artificum inter se, et laborem operum, videt Iliacas pugnas ex ordine, et bella jam vulgata fama per totum orbem, Atridas, et Priamum, et Achillem saevum ambobus. Constitit, et lacrymans, inquit Achate, quis jam locus, quae regio non est plena nostri laboris. En Priamus, hic etiam sua praemia sunt laudi. Lacrymae rerum sunt, et mortalia tangunt mentem. Solve metus: haec fama feret tibi aliquam salutem. Sic ait, atque pascit animum pictura inani,

stà della Dea, sui gradini del quale s'ergeva il limitare di bronzo, e le travi erano col bronzo connesse; il cardine strideva sotto le porte *similmente* di bronzo. In questo bosco un nuovo obbietto presentatosi, in primo luoge diminuì il timore; quì la prima volta Enea osò meglio sperare fra le sventure. Imperocchè nell'immenso tempio aspettando la regina, mentre osserva ciascun oggetto, mentre ammira qual sia la sorte della città, e la moltitudine degli artefici concordi fra loro, e la difficoltà de' lavori, vede le battaglie Trojane per ordine, e le guerre già divulgate dalla fama per tutto il mondo; vede gli Atridi, e Priamo, ed Achille implacabile verso amendue. Fermossi, e piangendo disse: o Acate, qual regione in terra non è piena de' nostri infortunii? Ecco Priamo; vi sono quì ancora i suoi premii per la virtù, vi è compassione pe' casi funesti, e le umane vicende commovono i cuori. Scaccia il timore; tal fama ti recherà qualche salvezza. Così dice, e pasce

Multa gemens, largoque humectat flumine vultum.
Namque videbat uti bellantes Pergama circum
Hac fugerent Graji, premeret Trojana Juventus;
Hac Phryges, instaret cursu cristatus Achilles.
Nec procul hinc Rhesi niveis tentoria velis
Agnoscit lacrymans, primo quae prodita somno
Tydides multa vastabat caede cruentus,
Ardentesque avertit equos in castra, priusquam
Pabula gustassent Trojae, Xanthumque bibissent.
Parte alia fugiens amissis Troilus armis,
Infelix puer, atque impar congressus Achilli,
Fertur equis, curruque haeret resupinus inani,
Lora tenens tamen; huic cervixque comaeque trahuntur
Per terram, et versa pulvis inscribitur hasta.
Interea ad templum non aequae Palladis ibant

gemens multa, et humectat vultum largo flumine. Namque videbat, uti Graii bellantes circum Pergama, fugerent hac, Trojana juventus premeret; hac Phryges, cristatus Achilles instaret curru. Nec procul hinc lacrymans agnoscit tentoria Rhesi niveis velis, quae prodita primo somno, Tydides cruentus multa caede vastabat, et avertit ardentes equos in castra, priusquam gustassent pabula Trojae, et bibissent Xantum. Parte alia Troilus, infelix puer, atque impar congressus Achilli, fugiens amissis armis, fertur equis, et resupinus haeret curru inani; tamen tenens lora. Huic cervix et comae trahuntur per terram, et pulvis inscribitur hasta versa. Interea Iliades ibant ad templum non aequae Palladis crinibus passis,

l'animo della morta pittura, spargendo molti lamenti, e bagna il volto di largo pianto. Imperocchè vedeva, come i Greci guerreggiando intorno a Troja, fuggivano da questo canto, la Trojana gioventù l'inseguiva; da quello *fuggivan* i Frigii, ed Achille ornato di cimiero, l'incalzava col cocchio. Ne' lungi di là piangendo riconosce i padiglioni di Reso dalle bianche cortine, i quali assaliti per tradimento nel primo sonno, Diomede coperto di sangue per l'ampia strage, li metteva a sacco, e rivolgeva *verso il suo campo* i focosi destrieri, primachè gustassero l'erba di Troja, o bevessero nel *fiume* Xanto. Dall'altra parte Troilo, sventurato giovine, ed incapace ad azzuffarsi con Achille, fuggendo, già perdute le *sue* armi, vien trasportato dai cavalli, e rovesciato pende dal cocchio vuoto, tuttavia tenendo le briglie. Il collo di costui, e le chiome vengono trascinate per terra, e la polvere è solcata dall' asta rivolta. Frattanto le donne Trojane andavano al tempo di Pallade, che loro

Crinibus Iliades passis, peplumque ferebant
Suppliciter tristes, et tunsae pectora palmis.
Diva solo fixos oculos aversa tenebat.
Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros,
Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.
Tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo,
Ut spolia, ut currus, utque ipsum corpus amici,
Tendentemque manus Priamum conspexit inermes.
Se quoque principibus permixtum agnovit Achivis,
Eoasque acies, et nigri Memnonis arma.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet
Aurea subnectens exertae cingula mammae
Bellatrix, audetque viris concurrere virgo.
Haec dum Dardanio Aeneae miranda videntur,
Dum stupet, obtutuque haeret defixus in uno;
Regina ad templum forma pulcherrima Dido.

et tristes suppliciter et tunsae pectora palmis, ferebant peplum. Diva aversa tenebat oculos fixos solo. Ter Achilles raptaverat Hectora circum muros Iliacos, et vendebat corpus exanimum auro. Dat vero ingentem gemitum ab imo pectore, tum ut conspexit spolia, ut currus, ut ipsum corpus amici, et Priamum tendentem manus inermes. Agnovit se quoque permixtum principibus Achivis, et Eoas acies, et arma nigri Memnonis. Penthesilea furens ducit agmina Amazonidum lunatis peltis, et bellatrix subnectens aurea cingula exertae mammae, ardet in mediis millibus, et virgo audet concurrere viris. Haec dum videntur miranda Dardanio Aeneae, dum stupet, et defixus haeret in uno obtutu; regina Dido pulcherrima forma,

non era amica; con le chiome sparse, e malinconiche in atto supplichevole, e percotendosi il petto con le mani, portavano *ad offrire* il peplo. La Dea sdegnata teneva gli occhi fissi sul suolo. Tre volte Achille aveva strascinato Ettore intorno alle mura, e ne vendeva per oro il corpo esangue. Trasse poi un profondo sospiro dal cuore, allorchè vide le spoglie, il cocchio, il corpo stesso dell'amico, e Priamo, che stendeva le mani disarmate. Riconobbe se stesso confuso fra i principali greci; *riconobbe* le schiere d'Oriente, e le armi del nero Mennone. Pentesilea furibonda guida le schiere delle Amazzoni dagli scudi lunati, e quella guerriera cingendo di auree bende la nuda mammella, avvampa *d' ardire* fra le sue mille compagne, e donzella ha il coraggio di venir alle mani cogli eroi. Queste cose mentre sembrano degne di maraviglia al Trojano Enea, mentre ne stupisce, e fisso si tiene nella loro sola vista; la Regina Didone di bellissime sembianze, se ne ven-

Incessit, magna juvenum stipante caterva.
Qualis in Eurotae ripis, aut per juga Cynthi
Exercet Diana choros, quam mille secutae
Hinc atque hinc glomerautur Oreades; illa pharetram
Fert humero, gradiensque deas supereminet omnes;
Latonae tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat Dido, talem se laeta ferebat
Per medios, instans operi regnisque futuris.
Tum foribus Divae, media testudine templis
Septa armis, solioque alte subnixa, resedit.
Jura dabat, legesque viris, operumque laborem
Partibus aequabat justis, aut sorte trahebat;
Cum subito Aeneas concursu accedere magno
Anthea, Sergestumque videt, fortemque Cloanthum,
Teucrorumque alios; ater quos aequore turbo
Dispulerat, penitusque alias avexerat oras.
Obstupuit simul ipse, simul perculsus Achates
Laetitiaque metuque avidi conjungere dextras

incessit ad templum, stipante magna caterva juvenum. Qualis in ripis Eurotae, aut per juga Cynthi Diana exercet choros; quam mille Oreades secutae, glomerantur hinc, atque hinc; illa fert pharetram humero, et gradiens supereminet omnes Deas; gaudia pertentant tacitum pectus Latonae. Talis erat Dido; laeta ferebat talem se per medios, instans operi, et regnis futuris. Tum foribus, media testudine templi Divae, septa armis, et alte subnixa solio resedit. Dabat jura, et leges viris, et aequabat laborem operum partibus justis, aut sorte trahebat. Cum subito Aeneas videt Anthea, et Sergestum, et fortem Cloanthum, et alios Teucrorum accedere magno concursu, quos ater turbo dispulerat, et avexerat oras penitus alias. Simul ipse obstupuit, simul Achates perculsus laetitia, et metu; avidi ardebant conjungere dextras;

ne al tempio accompagnata da un gran stuolo di giovani. Come nelle rive dell'Eurota, o sulla cima del Cinto esercita Diana i suoi cori; *intorno* alla quale le Oreadi, che la seguono, quinci e quindi si affollano; essa porta il turcasso agli omeri, e camminando sovrasta a tutte; la compiacenza commove segretamente il petto di Latona. Tale era Didone; lieta così conducevasi in mezzo a' suoi, sovrastando all'opera, ed al bene del futuro regno. Allora sulle porte *del santuario*, ed in mezzo alla volta del tempio *sacro* alla Dea, cinta d'armi, e superbamente appoggiata al trono, si sedè. Fissava tribunali, e leggi pe' sudditi, e distributiva la fatica de' lavori in parti eguali, o li traeva a sorte. Quando all' improvviso Enea vede in mezzo a molta gente venire Anteo, e Sergesto, ed il forte Cloanto, ed altri Trojani, i quali il nero turbine aveva dispersi, e spinti in ispiagge tutto diverse. A un punto egli stupì, e nel tempo stesso Acate fu sorpreso da allegrezza, e timore; con avida brama

Ardebant ; sed res animos incognita turbat.
Dissimulant, et nube cava speculantur amicti,
Quae fortuna viris, classem quo litore linquant,
Quid veniant ; cunctis nam lecti navibus ibant
Orantes veniam, et templum clamore petebant.
Postquam introgressi, et coram data copia fandi,
Maximus Ilioneus placido sic pectore coepit:
O regina, novam cui condere Jupiter urbem,
Justitiaque dedit gentes fraenare superbas,
Troes te miseri, ventis maria omnia vecti,
Oramus ; prohibe infandos a navibus ignes,
Parce pio generi, et propius res aspice nostras.
Non nos aut ferro Lybicos populare Penates
Venimus, aut raptas ad litora vertere praedas ;
Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.
Est locus, Hesperiam Graji cognomine dicunt ;
Terra antiqua, potens armis atque ubere glebae ;

sed res incognita turbat animos. Dissimulant, et amicti nube cava speculantur quae sit fortuna viris, quo littore linquant classem, quid veniant ; nam lecti cunctis navibus ibant orantes veniam, et petebant templum clamore. Postquam introgressi, et coram data est copia fandi, maximus Ilioneus sic coepit placido pectore: O Regina, cui Jupiter dedit condere novam urbem, et fraenare gentes superbas justitia, Troes miseri vecti per omnia maria oramus te ; prohibe infandos ignes a navibus, parce pio generi, et propius aspice res nostras. Nos non venimus aut populare Penates Lybicos ferro, aut vertere raptas praedas ad litora ; ea vis non est animo, nec tanta superbia victis : Locus est, Graii dicunt Hesperiam cognomine ; terra antiqua, potens armis atque ubere glebae ;

ardevano di unire con *loro* le destre. Ma la riuscita dubbiosa ne agita gli animi. Dissimulano, e coperti dalla concava nube, vanno spiando qual sia di quelli la sorte, in qual lido lascino le navi, a che fine vengano, poichè persone scelte da ogni nave portavansi a domandar pace, e dirigevansi al tempio con grida. Dopochè entrarono, e fu loro permesso di parlare avanti alla regina, il più degno *fra essi* Ilioneo così cominciò placidamente: O regina, cui Giove concesse di edificare una città, e por freno a genti feroci con la giustizia, noi Trojani infelici trasportati per ogni mare, ti preghiamo a tenere lungi il crudele incendio dalle navi; perdona ad una pia nazione, e mira con occhio benigno le cose nostre. Non venimmo a desolare con le armi le abitazioni dell' Africa, o a trasportare al lido le tolte prede. Sì violento non abbiamo l'animo, nè tanto orgoglio hanno i vinti. Vi è un luogo, cui i greci danno il nome d'Esperia, terra antica, potente in armi, ed in

Oenotrii coluere viri ; nunc fama , minores
Italiam dixisse , Ducis de nomine , gentem .
Huc cursus fuit ;
Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion
In vada caeca tulit , penitusque procacibus Austris
Perque undas , superante salo , perque invia saxa
Dispulit . Huc pauci vestris adnavimus oris .
Quod genus hoc hominum ? quaeve hunc tam barbara mo-
Permittit patria ? hospitio prohibemur arenae ; (rem
Bella cient , primaque vetant consistere terra .
Si genus humanum et mortalia temnitis arma ,
At sperate Deos memores fandi atque nefandi .
Rex erat Aeneas nobis , quo justior alter
Nec pietate fuit , nec bello major et armis .
Quem si fata virum servant , si vescitur aura
Aetherea , neque adhuc crudelibus occubat umbris ;
Non metus , officio nec te certasse priorem

Oenotrii viri coluere ; nunc fama est , minores gentem dixisse Italiam de nomine Ducis. Huc cursus fuit: cum subito Orion nimbosus assurgens fluctu tulit in vada caeca , et austris procacibus penitus dispulit per undas , et per saxa invia , superante salo ; huc pauci adnavimus vestris oris. Quod est hoc genus hominum? vel quae patria tam barbara permittit hunc morem ? Prohibemur hospitio arenae : cient bella , et vetant consistere prima terra . Si temnitis genus hominum , et arma mortalia , at sperate Deos memores fandi atque nefandi . Aeneas erat rex nobis , quo nec alter fuit justior pietate , nec major bello et armis . Quem virum si fata servant , si vescitur aura aetherea , neque adhuc occubat umbris crudelibus ; non metus , nec poeniteat te priorem certasse hospitio .

fertilità di suolo; gli Enotrii l' abitarono; ora è fama, che i discendenti l' abbian chiamata Italia dal nome d' un condottiere. Quà *fu* diretto il *nostro* corso, quando all' improvviso Orione tempestoso, sorgendo dall'onda, ci spinge in guadi occulti, e co' venti impetuosi tutti ci disperse tra i flutti, e tra gli scogli inaccessibili, opprimendoci il mare. Quà in piccol numero giungemmo alle vostre spiaggie. Che razza di gente è questa, o qual patria sì barbara permette tali usi? Ci viene impedito di riposar sull' arena, ci muovon guerra, e ci vietano di fermarci sulle sponde. Se disprezzate gli uomini, e le armi mortali, almeno temete gli Dei, che serban memoria delle giuste, ed ingiuste azioni. Era nostro Re Enea, di cui non vi fu altri più perfetto nella pietà, nè maggiore nella guerra, e nelle armi; il quale, se i fati lo conservano, se respira l' aura celeste, nè giace ancora fra le ombre crudeli, non abbiamo alcun timore, nè ti pentirai di averci prevenuto in cortesia; nella Sicilia noi

Poeniteat. Sunt et Siculis regionibus urbes,
Armaque, Trojanoque a sanguine clarus Acestes.
Quassatam ventis liceat subducere classem,
Et sylvis aptare trabes, et stringere remos;
Si datur Italiam, sociis et rege recepto,
Tendere, ut Italiam laeti Latiumque petamus;
Sin absumpta salus, et te, pater optime Teucrum,
Pontus habet Libyae, nec spes jam restat Juli;
At freta Sicaniae saltem sedesque paratas,
Unde huc advecti, Regemque petamus Acesten.
Talibus Ilioneus; cuncti simul ore fremebant
Dardanidae.
Tum breviter Dido, vultum demissa, profatur:
Solvite corde metum, Teucri; secludite curas.
Res dura, et regni novitas me talia cogunt
Moliri, et late fines custode tueri.
Quis genus Aeneadum, quis Trojae nesciat urbem;
Virtutesque, virosque, et tanti incendia belli?

Siculis regionibus et urbes, et arma, et Acestes clarus sanguine Trojano, sunt nobis. Liceat subducere classem quassatam ventis, et aptare trabes, et stringere remos sylvis, ut laeti petamus Italiam et Latium, si datur tendere Italiam, sociis et rege recepto: sin salus absumpta est, et pater optime Teucrum, pontus habet te, nec spes Juli jam restat; at saltem petamus freta Sicaniae et sedes paratas, unde huc advecti sumus, et regem Acesten. Talibus Ilioneus. Simul cuncti Dardanidae fremebant ore. Tum breviter Dido demissa vultum profatur. Teucri, solvite metum corde, secludite curas. Res dura, et novitas regni cogunt me moliri talia, et late tueri fines custode. Quis nesciat genus Aeneadum, quis urbem Trojae, et virtutes, et viros, et incendia tanti belli.

abbiamo e città, ed armi, ed Aceste illustre pel sangue Trojano. Ci sia permesso trarre in terra la flotta conquassata dal vento, e scegliere le travi, e tagliare i remi ne' boschi, acciocchè lieti ci portiamo in Italia, e nel Lazio, se pure possiamo dirigerci verso l'Italia, ricuperati *che avremo* i compagni, e il re. Che se *per noi* la salvezza è disperata, e te, ottimo padre de' Trojani, il mare di Libia tiene *sepolto*, nè speranza di Giulo ormai ci rimane; almeno rechiamoci alle spiagge di Sicilia, ed alle abitazioni già preparate, donde quì siamo stati trasportati, e presso il Re Aceste. Così Ilioneo. Tutti i Trojani ne approvavano i detti con mormorìo. Allora brevemente Didone parlò chinando il volto: o Trojani, liberate i vostri cuori dal timore. Dure circostanze, e la novità del mio regno mi forzano a pensare in tal guisa, e ad ampiamente difendere i confini con le guardie. Chi ignora la stirpe de' Trojani, chi ignora la città di Troja, e le *loro* virtù, e gli eroi, e gl' incendi

Non obtusa adeo gestamus pectora Poeni;
Nec tam aversus equos Tyria Sol jungit ab urbe.
Seu vos Hesperiam magnam, Saturniaque arva,
Sive Erycis fines, regemque cptatis Acesten,
Auxilio tutos dimittam, opibusque juvabo.
Vultis et his mecum pariter considere regnis?
Urbem, quam statuo, vestra est: subducite naves;
Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.
Atque utinam rex ipse Noto compulsus eodem
Afforet Aeneas! Equidem per litora certos
Dimittam, et Libyae lustrare extrema jubebo,
Si quis ejectus sylvis, aut urbibus errat.
His animum arrecti dictis, et fortis Achates,
Et pater Aeneas, jamdudum erumpere nubem
Ardebant. Prior Aeneam compellat Achates:
Nate Dea, quae nunc animo sententia surgit?

Nos Poeni non gestamus pectora adeo obtusa, nec Sol tam aversus jungit equos ab urbe Tyria. Seu vos optatis Hesperiam magnam, et arva Saturnia, sive fines Erycis, et regem Acesten, dimittam tutos auxilio, et juvabo opibus. Vultis et considere pariter mecum his regnis? Urbem, quam statuo, est vestra. Tros, et Tyrius agetur mihi nullo discrimine. Atque utinam rex ipse Aeneas compulsus eodem noto afforet, equidem dimittam certos per litora, et jubebo lustrare extrema Lybiae, si ejectus aliquibus sylvis, aut urbibus errat. Et fortis Achates, et pater Aeneas arrecti animum his dictis, jamdudum ardebant erumpere nubem; prior Achates compellat Aeneam: nate Dea, quae sententia nunc surgit animo?

di sì gran guerra. Noi Cartaginesi non abbiamo animi cotanto stupidi, nè il Sole tanto lungi dalla città fabbricata da' Tirii, unisce *al cocchio* i suoi cavalli. O voi bramate portarvi alla grand' Esperia, ed ai campi di Saturno, o a' confini di Erice, ed al re Aceste, vi farò partire difesi dal mio soccorso, e vi ajuterò con le mie ricchezze. Volete anche fermarvi unitamente con me in questi regni? Quella città, ch' edifico, è vostra. Traete a terra le navi. Il Trojano, ed il Tirio verranno da me trattati senz' alcuna differenza. E piacesse al cielo, che l'istesso re Enea spinto dallo stesso vento, quì fosse; al certo manderò persone fedeli intorno ai lidi, e loro ordinerò di far ricerca fino all' estremità della Libia, se mai sbalzato in qualche selva, o città, andasse vagando. A queste parole rincorati ed il prode Acate, ed il padre Enea, già ardevano *di brama* d' uscir dalla nuvola; Acate il primo parla ad Enea: *o Figlio di una Dea*; qual pensiero ti sorge adesso nell' animo? Ve-

Omnia tuta vides, classem, sociosque receptos.
Unus abest, medio in fluctu quem vidimus ipsi
Submersum: dictis respondent caetera matris.
Vix ea fatus erat, cum circumfusa repente
Scindit se nubes, et in aethera purgat apertum.
Restitit Aeneas, claraque in luce refulsit,
Os, humerosque Deo similis: namque ipsa decoram
Caesariem nato genitrix, lumenque juventae
Purpureum, et laetos oculis afflarat honores;
Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum, pariusve lapis circumdatur auro.
Tum sic Reginam alloquitur, cunctisque repente
Improvisus ait: Coram, quem quaeritis, adsum
Trojus Aeneas, Libycis ereptus ab undis.
O sola infandos Trojae miserata labores,
Quae nos, reliquias Danaum, terraeque marisque
Omnibus exhaustos jam casibus, omnium egenos,

Vides omnia tuta, classem, et socios receptos; unus abest, quem ipsi vidimus submersum in medio fluctu; caetera respondent dictis matris. Vix fatus erat ea, cum nubes circumfusa repente scindit, et purgat se in aethera apertum. Aeneas restitit, et refulsit in clara luce, similis Deo os, et humeros; namque ipsa generix afflarat nato decoram caesariem, et lumen purpureum juventae, et laetos honores oculis. Quale decus manus artificis addunt ebori, aut ubi argentum, vel parius lapis circundatur auro fulvo. Tum sic alloquitur Reginam, et improvisus ait cunctis: Trojus Aeneas, quem quaeritis, adsum ereptus ab undis Libycis. O sola miserata labores infandos Trojae, quae socias nos reliquias Danaum, et jam exhaustos casibus omnibus et terrae, et maris, egenos omnium, urbe, et domo;

di il tutto sicuro, la flotta, ed i compagni ricoverati; manca un solo, cui noi stessi vedemmo sommerso in mezzo alle onde; tutto il resto corrisponde a' detti di *tua* madre. Appena ciò profferito avea, quando la nube ch' era distesa, loro intorno, si lacera, e si dilegua nell' aria aperta. Enea comparve, e rifulse di chiara luce simile ad un Dio nel volto, e negli omeri, poichè l'istessa genitrice aveva infuso al figlio grazia alla chioma, bel lume di giovinezza, e lieta vivacità negli occhi; simile al pregio, che le mani dell' artefice accrescono all' avolio, o a *quello, che ammirasi* quando l' argento, o il marmo di Paro è legato nel lucido oro. Allora così parla alla regina, ed inaspettato a tutti, così dice: io Trojano Enea, che voi cercate, sono presente, scampato dall' onde di Libia. O tu che sola compassionasti le inesplicabili calamità di Troja, che accogli noi avanzi de' Greci, già oppressi da tutte le disgrazie della terra, e del mare, bisognosi di tutto, nella tua *stessa* città, e casa; o Didone, non

Urbe, domo socias. Grates persolvere dignas
Non opis est nostrae, Dido: nec quicquid ubique est
Gentis Dardaniae, magnum quae sparsa per orbem
Dii tibi (si qua pios respectant numina, si quid
Usquam justitiae est, et mens sibi conscia recti,)
Praemia digna ferant; quae te tam laeta tulerunt
Saecula, qui tanti talem genuere parentes?
In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae
Lustrabunt convexa, polus dum sydera pascet:
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt;
Quae me cumque vocant terrae. Sic fatus, amicum
Ilionea petit dextra, laevaque Sergestum:
Post alios, fortemque Gyan, fortemque Cloanthum.
Obstupuit primo aspectu Sydonia Dido.
Casu deinde viri tanto, et sic ore locuta est.
Quis te, nate Dea, per tanta pericula casus
Insequitur, quae vis immanibus applicat oris?

